tilia uirgo ueſtalis conuicta:dãnataq; inceſti ad portã Collinã uiua defoſſa eſt.

¶ Comperta morte pyrrhi Tarẽtini noua arma ſollicitãt.

ANno ab urbe condita.cccclxxvi.Tarentini Pyrrhi morte cõperta iterum noua aduerſus Romanos arma ſollicitant.Carthagineſiũ auxilia poſcũt per legatos atq; accipiũt.Conſerto prælio uicere Romani:ubi iã tunc Carthagineſes:q̃uis nõdũ hoſtes adiudicati:uinci tamẽ a Romanis ſe poſſe ſẽſerũt.Sequenti anno magnam uiſcerũ ſuorũ partem ſeueritas romana cõcidit.Nã aduẽtãte dudum Pyrrho octaua legio diffidens romanæ ſpei:nouũ ſcelus auxit.Rhegynos oẽs:quibus ſubſidio præerat:iterfecit.prædã ſibi omnem atq; ipſũ oppidũ uẽdicauit.Hoc facinus in tã ſceleratos defectores puniẽdũ Genutio cõſuli uiſum ẽ:qui obſeſſa Rheginoꝝ urbe captiſq; oĩbus ipſe quidẽ in reliquos pfugas:& latrones exercuit digna ſupplicia.Romanos uero milites integræ legionis Romã miſit:q populi iuſſu medio foro uirgis cæſi:ſecuriq; pcuſſi ſũt.Viſũ ſibi ẽ tunc Roma uicere cum legionem ſuã integrã occidit:quæ ſine dubio uicta fuiſſet:ſi eã hoſtili prælio prodidiſſet.

¶ Obſcœna & dira prodigia uiſa ſunt Romæ.

ANno ab urbe condita.cccclxxvii.obſcœna & dira prodigia uel uiſa romæ: uel nũciata ſũt.Aedes ſalutis ictu fulminis diſſoluta.pars muri ſub eodẽ loco de cœlo ut dicũt tacta ẽ.Lupi tres ante lucẽ ingreſſi urbẽ ſemeſũ cadauer intulerunt ſparſumq; mẽbratim in foro ipſi ſtrepitu hominum exterriti reliquerũt.Apud Phormias multis ictibus fulminum mœnia undiq; ambuſta & diſſoluta ſunt.Apud agrum Calenũ repẽte flãma ſciſſo hiatu terræ eructata tribus diebus & tribus noctibus terribiliter exæſtuãs qnq; agri iugera exhauſto penitus ſucco ubertatis in cinerẽ extorruit ita:ut nõ fruges ſolum:ſed & arbores cum imis ſtirpibus abſumpſiſſe referatᷣ.Sequenti abhic ãno Sẽpronius conſul aduerſus Picentes duxit exercitum.Et cum directe intra iactum teli utraq; acies conſtitiſſet:repente ita cum horrendo fragore terra tremuit ut ſtupore miraculi utrũq; pauefactum agmen hebeſceret.Diu attoniti utrinq; populi hæſitauere.Præiudicata iceſti cõſciẽtia tãdẽ procurſu cõcito iniere certamẽ.Triſte adeo id bellũ fuit: ut merito dicatᷣ tantũ ſãguinẽ humanum ſuſceptura etiã cũ gemitu horriſono tũc terra tremuiſſe.Romani qui pauci admodũ eo prælio euaſere uicerũt.

¶ Inter multa prodigia ſanguis terra.lac uiſũ ẽ emanare de cœlo.

ANno ab urbe cõdita.cccclxxx.inter prodigia:ſanguis e terra:lac uiſũ manare de cœlo.Nã & plurimis locis ſcaturiẽs e fontibus cruor fluxit:& de nubibus guttatim in ſpeciẽ pluuiæ lacte demiſſo:diris:ut ipſis uiſũ ẽ:terrã imbribus irrigauerunt.Eo tẽpore Carthagineſes dato aduerſũ romanos auxilio Tarentinis:cũ a ſenatu per legatos arguerẽtur:turpiſſimã rupti fœderis labẽ præſũpta accumulauere periurio.Tũc etiã Vulcinieſes Hetruſcorũ florentiſſimi:luxuria pene periere:nã cũ licẽtia ĩ cõſuetudine prorogata:ſeruos ſuos paſſim liberos facerẽt cõuiuiis alligarẽt:cõiugiis honeſtarẽt:libertini ĩ partẽ poteſtatis recepti plenitudinẽ p ſcelus uſurpare molliti ſũt:& liberati ſerui tutis iugo ãbitu dominatiõis arſerũt.& quos dominos ſubditi eq̃nimiter dilexerũt:eos iã liberi quos dominos fuiſſe meminerãt:execrati ſũt.Itaq; cõſpirãtes ĩ facinus libertini: quorũ tãta manus fuit:ut ſine cõtrouerſia auſu potirẽtᷣ:correptã urbẽ ſuo tatũ generi uẽdicãt patrimonia cõiugiaq; dominorũ ſibi p ſcelus uſurpãt:extorres dominos pcul abi-

gunt q miſeri:exules egenteſq; Romã deferunt̃:ubi oſtẽtata miſeria: querelaq; defleta
p Romanoꝝ ſeueritatẽ & uindicati ſunt & reſtituti.Anno ab urbe cõdita.cccc.lxxx.pri
mo peſtilẽtia igens apud Romã cõflagrauit:cuius atrocitatẽ ſignificare cõtentus ſũ:qa
uerbis iplere nõ poſſũ.Si eni ſpaciũ tẽporis:quo mã ſit:iqrit̃:ultra bienniũ uaſtando por
recta ẽ.ſi depopulatio quã egerit: cenſus idictus eſt:q nõ qtũ hominũ deperiſſet.ſed q̃
tũ ſupfuiſſet iqreret.ſi uiolentia qua id fecerit:ſibyllini libri teſtes ſunt:q eam cœleſti ira i
poſitã reſpõderunt.Sed ne queq̃ quaſi tentatio cauillatiõis offendat:quod cũ ſibylla ira
tos deos dixerit.nos iram cæleſtem dixiſſe uideamur:audiat & intelligat:ꝙ hæc & ſi plæ
rũq; per aereas poteſtates fiũt:tamẽ ſine arbitrio oĩpotẽtis dei omnino nõ fiũt:Eodẽ tẽpo
re Capparonia uirgo ueſtalis iceſti rea ſuſpendio periit.corruptor eius cõſciiq; ſerui ſup
plicio afflicti ſunt.Ecce cõtinuati quæ & quãta numeramus:accidiſſe ãnis ſingulis plu
rima:iter quos certe raro aut pene nullo nihil triſte geſtum ẽ.Et hoc cũ iidẽ ſcriptores ꝓ
poſito ſibi magis laudãdi negocio cauerent numeroſitates miſeriaꝝ:nec eoſdem quibus
hæc & de qbus ſcribebant̃ oſtenderent.auditoreſq; ſuos exẽplis præteritoꝝ terrere poti
us:q̃ iſtruere uiderent̃.Porro aũt nos i ultimo tẽpoꝝ poſiti mala Romanoꝝ ſcire nõ poſ
ſumus:niſi p eos:q laudauere Romanos.Ex quo itelligi dat̃:quãta illa fuerit:quæ ſtudio
ꝓpter horrorem ipreſſa ſunt: cum tãta inueniantur quæ tenuiter inter laudes emanare
potuerunt.

¶ Bella punica ſucceſſerunt.

ET quoniã ex hoc iam punica bella ſuccedunt res ipſa exigit ut de Carthagine
quæ ãte urbẽ Romã duos et.lxx.ãnos ab Eliſa cõdita iuenit̃:deq; eius cladibus
ac domeſticis malis ſicut Põpeius Trogus & iuſtinus exprimunt:uel pauca re
ferant̃.Carthaginenſes uelut uernaculũ atq; iteſtinũ ſẽp iter ſe malũ habuere diſcordi
am:qua iſœliciter exagitãte nulla unq̃ tempora uel foris ꝓſpera uel domi qeta duxerũt.
ſed cũ iter cætera mala etiã peſtilentia laborarent:homicidiis ꝓ remediis uſi ſunt.Q uip
pe homines ut uictimas imolabãt:ætatemq; ipuberem:quæ etiã hoſtiũ miſericordiam
ꝓuocaret:aris admouebãt:De quo ſacroꝝ:imo ſacrilegioꝝ genere:qd potiſſimũ diſcuti
endũ ſit:nõ iuenio.Si enim huiuſmodi ritus aliq dæmones præcipere auſi ſunt:ut morti
bus hominũ occiſione hominũ ſatiſfieret:itelligẽdũ fuit ſe oparios atq; adiutores peſtilẽ
tiæ cõduci:ut ipſi:quos illa nõ corripuiſſet: occiderẽt.Sanas enim atq; icorruptas offerri
hoſtias mos ẽ.ita ut illi nõ ſedarent morbos:ſed præuenirent.Itaq; Carthaginenſes aduer
ſis diis ꝓpter iſtiuſmodi ſacra.ſicut Põpeius Trogus & Iuſtinus fatent̃: ſicut etiã apud
nos cõſtat ꝓpter præſũptionẽ ipietatẽq; ipſoꝝ irato deo cũ i ſicilia diu iſœliciter dimicaſ
ſent:tranſlato i Sardiniã bello iteꝝ iſœlicius uicti ſunt: ꝓpter ꝙ ducẽ ſuũ Mezeũ & pau
cos q ſupfuerãt milites exulare iuſſerunt.Exules ueniã p legatos petẽtes repulſi patriã
bello & obſidione cinxerũt.Ibi tunc Mezeus dux exulũ Chartalonẽ filiũ ſuũ ſacerdotẽ
Herculis:ꝙ ſibi uelut inſultans purpuratus occurrerat:i crucẽ ſub oculis patriæ ut erat
dignus:cũ purpuris iſuliſq; ſuſpẽdit.Poſt paucos aũt dies urbẽ ipſã cæpit:q cũ iterfectis
plurimis ſenatoꝝ cruente dominaret̃:occiſus ẽ.Hæc tẽporibus Cyri Perſaꝝ regis geſta
ſunt:Poſt hæc uero Hamilcho rex Carthaginenſiũ cũ i Sicilia bellũ gereret:repente hor
ribili peſte exercitũ amiſit.Nec mora morbis.populo cateruati cadente.cito quiſq; corre
ptus mox mortuus iã nec ſepeliebat̃:cuius mali nũcius cũ attonitã tã repẽtino luctu Car
thaginẽ repleuiſſet:nõ ſecus:ac ſi capta eẽt:turbata ciuitas fuit.Oĩa ululatibus ꝑſonabãt

clauſæ ubiq; ianuæ.cũcta priuata publicaq; officia dãnata uniuerſi ad portũ currũt.egredienteſq; de nauibus paucos qui cladi ſuperfuerãt de ſuis percũctabãtur.Poſtq̃ de clade ſuo℞ dicẽtibus illis uel gemẽtibus miſeri intelligũt:tũc toto littore plãgentiũ uoces:tunc infœliciũ matrũ ululatus & flebiles querelæ audiebãtur.Inter hæc exiẽs procedit & ipſe de naui ſua imperator ſordida & ſeruili tunica diſcīctus.Ad cuius cõſpectũ plãgẽtia iungũtur agmina.Ipſe quoq; manus ad cœlũ tẽdens nunc ſuã:nũc publicã infœlicitatẽ accuſat & deflet:ad poſtremũ uociferãs per urbẽ:tãdẽ ingreſſus domũ cũctos qui lachrymantes perſequebãtur:ultimo dimiſit alloquio.ac deinde obſeratis ianuis excluſis etiam filiis gladio dolorẽ uitãq; finiuit.Hæc Darii tẽporibus geſta ſũt.Poſt hæc Hãno uir quidã carthaginẽſis priuatis opibus rei.p.uires ſuperãs:inuadẽdæ dominationis hauſit cupiditatẽ.Cui rei cõſiliũ utile ratus ẽ:ut ſimulatis unicæ filiæ nuptiis oẽs ſenatores quorũ dignitatẽ obſtitutã incæptis ſuis arbitratur:inter pocula ueneno necaret.Quæ res ꝑ miniſtros prodita:ſine ultione uitata ẽ:ne in uiro potẽti plus negocii res faceret cognita q̃ cogitata.Hoc cõſilio eluſus Hãno alio machinamẽto facinus aggredi parat.Seruitia cõcitat:quibus repẽte incautã urbẽ opprimeret.Sed cũ ante ſtatutã cædibus diẽ proditum ſe præuẽtũq; itellexiſſet:caſtellũ quoddã cũ uigiti milibus ſeruorum armatus occupat:Ibi dũ Aphros regẽq; mauro℞ cõcitat:captus ẽ.ac primo uirgis cæſis:deinde effoſſis oculis & manibus cruribuſq; fractis:cũ a ſingulis mẽbris pœna exigeretur:in cõſpectu populi necatus ẽ.Corpus uerberibus laceratũ crucifixũ ẽ.filii cognatiq; oẽs ſupplicio traditi: ne quis eũ eiuſdẽ familiæ unq̃ aut imitari:aut ulciſci meditaret̃.Hæc tẽporibus Philippi geſta ſũt.Poſt hæc carthaginẽſes cũ Tyrũ urbẽ auctorem originis ſuæ:ab Alexandro magno captã euerſãq; didiciſſẽt:timẽtes trãſitũ eius ĩ aphricã futurũ:hamilcharẽ quẽdã cognomẽto Rhodanũ uirũ facũdia ſolertiaq; præcipuũ ad perſcrutãdos Alexãdri actus direxerũt:qui per parmenionẽ quaſi trãſfuga exceptus dehinc in militiã regis admiſſus omnia ciuibus ſuis ꝑ tabellas ſcriptas:& poſt cæra ſuperlitas enunciabat. Hunc mortuo Alexãdro carthaginẽ reuerſũ:quaſi urbẽ regi uẽdicaſſet:nõ ingrato tãtũ aĩo.uerũ etiam crudeli inuidia necauerũt.Deĩde cũ aſſidua:nec unq̃ ſatis proſpera aduerſus Siculos bella gererent:& ſyracuſas urbẽ ſiciliæ tũc florẽtiſſimã obſidione cinxiſſent:per Agatoclem ſiciliæ regẽ miro circũuẽti ingenio uſq; ad extrema deſperationis adducti ſũt.Nãq; Agatocles cum apud ſyracuſas a Carthaginẽſibus obſideretur:ac ſe neq; bello parẽ iſtructu copiarũ neq; obſidionis patientem ſtipendiorũ ſufficientia uideret:bene prouiſo: ac melius diſſimulato cõſilio in Aphricã cũ exercitu tranſiit.Ibi ſuis quid molliatur:aperit: deinde quid facto opus ſit:docet.Ilico unanimiter naues primum:in quibus uenere incẽdũt nequa ſpes refugiendi foret.Deinde cũ oĩa in quæ direxiſſet:proſterneret:uillas caſtellaq; incenderet:Hannonem quendam cum.xxx.M.Pœnorum obuiũ habuit: quẽ cum duobus.M.ſuorũ interfecit.Ipſe autẽ duos ĩ eo bello tantum perdidit.Qua pugna & Aphrorũ animis incredibiliter fractis & ſuorũ ĩ immẽſum auctis urbes caſtellaq; expugnat.prædas ĩgẽtes agit.hoſtiũ multa milia trucidat.Caſtra deĩde ad quintum lapidem a Carthagine ſtatuit:ut damna rerum opulentiſſimarum uaſtationemq; agrorum & incendia uillarum de muris ipſius urbis ſpecularẽtur.Adiicit̃ præſẽtibus malis triſtior fama.Nã & apud ſiciliã deletus cũ ĩpatore Aphro℞ exercitus nũciat̃:quẽ reuera incautũ ac pene ocioſũ Andro Agatoclis frater oppreſſerat.Hoc ꝑ totã aphricã rumore diſꝑſo

nõ tributariæ tãtum urbes ab his:ueꝝ etiã ſotii reges deficiebãt:iter quos rex quoq; Cyrenaꝝ Apellas pactus eſt cũ Agathocle comunionẽ belli:dũ regnum Aphricæ ardenter affectat.Sed poſtq̃ i unũ exercitus & caſtra iunxerunt:ꝑ Agathoclẽ blãdimentis & iſidiis circunuentus occiſus eſt. Carthaginenſes cõtractis undiq; copiis i bellum exarſere. Quibus Agathocles habens ſecum Apellæ copias cõgredit̃.eoſq; magno utriuſq; exercitus ſãguine & graui prælio ſuperat.Hoc certaminis diſcrimine tãta deſperatio pene illata eſt:ut niſi i exercitu Agathoclis orta ſeditio fuiſſet:trãſfugiturus ad eũ Hamilchar dux Pœnoꝝ cũ exercitu fuerit.Ob quã noxã i medio foro iuſſu Carthaginenſiũ patibulo affixus crudele ſpectaculum ſuis præbuit.Deide cum poſt mortem Agathoclis Carthaginenſes Siciliã iſtructa claſſe uaſtarent:a Pyrrho rege Epiri ab Italia accerſito:terreſtri naualiq; certamine ſæpe ſuperati nouiſſime ad romana bella cõuerſi ſunt.Prohdolor:legunt ne iſta de ueteribus:q de recentibus cõquerunt̃:imo legunt:& ea nõ æqtate ſed æmulatione cõiiciunt.Maximo eni illo & ieffabili:quẽ nec ipſi diſcernunt:ſtimulo cõpũgunt̃:nõ ꝓpter tẽpora mala:ſed propter tẽpora chriſtiana:& deriuatio eſt iuidi ulceris:ut qcqd agit̃ ſub execrabili:atrocius eſſe uideat̃:ſicut etiã iter nos ſæpe inimicorũ oculis uideri ſolet eos:quos execrant̃:nihil nõ prauũ:nihil nõ turpe:nihil nõ obſcœnum nihil nõ uulneroſum dicto factoue agere.& hoc tamen ſimpliciter.In tantũ eni captum cor obliquat iuidia:ut rectũ natura nõ uideat:de quoꝝ numero ſunt iſti.Sed multo miſeriores:qa inimici dei ac peride inimici ueritatis:de qbus flentes hæc dicimus:& quos miſericorditer ſi patiant̃ arguimus:ut ſanemus:q uitioſo oculo hæc uident.atq; ide o duplicia illis uident̃:quæ uident:& cõfuſi caligine neqciæ i id cadunt:ut minus uidẽdo plus uideant:cũ tamen id quod eſt:ita ut eſt uidere nõ poſſint:q grauiora arbitrant̃ flagella patris q̃ hoſtis icendia:q acerbiorẽ uocãt blandientẽ:admonentẽ:& redimentẽ deũ:q̃ ꝑſequentẽ:dominãtem trucidantem q; diabolũ:q̃q̃ ſi de parte itelligerent:de caſtigatione gauderẽt:& ſi præuideret̃ fructus eruditionis:eẽt diſciplina tolerabilis:ac ꝓpter ſpẽ:quæ nunc gẽtibus data ẽ:ãte uero nõ fuerat:leuiora ducerẽt:& ſi grauiora paterent̃ q̃q̃ cõtẽptus miſeriaꝝ poſſunt etiã a ſuis diſcere:apud quos ſũma mala ꝓ ſũmis bonis exiſtimata ſũt tãtũ:ut gloriã famæ cælebrẽ atq; illuſtrẽ cõſequerent̃:ꝑ quos colligi dat̃:quãta nobis:qbus æternitas beata ꝓmitti t̃:ſint tolerãda ꝓ uita.cũ illi tãta potuerit tolerare ꝓ fama.

¶ Quod Romani Siculos & Pœnos uicerunt.& regulus haud procul a flumine Bragada ſerpentem miræ magnitudinis interfecit.

ANno ab urbe condita.cccc.lxxxiii.Appio Claudio & Quinto Fabio conſulibus:Mamertinis:quorum Meſſana nobilis Siciliæ ciuitas erat:auxilio contra Hieronem Syracuſanum regem:& pœnorum copias Hieroni iunctas Appium Claudium conſulem cum exercitu miſere Romani:qui tam celeriter Syracuſanos Pœnoſque ſuperauit:ut ipſe quoque rex rerum magnitudine perterritus ante ſe uictum q̃ congreſſum fuiſſe prodiderit:qui ex infractis uiribus amiſſaque fiducia:cum pacem ſupplex rogaret.cc.argenti talentis iuſſu conſulum mulctatus:accepit.Conſules itaque Agrigentum Siciliæ ciuitatem adeuntes:ibi præſidia Pœnorũ operibus ualloq; cinxerũt.Cũq; icluſus ea obſidiõe ſenior Hãnibal iperator Pœnoꝝ ad ſũmã egeſtatẽ redactus eẽt:Hãno iperator nouus Carthaginẽſiũ cũ equitibus.M.d.&.xxx.peditũ milibus.xxx.etiã elephãtis ex iprouiſo iterceſſit.expugnationemque ciuitatis pauliſper di-

ſtulit.ſed continuo ciuitas capta ē.Pœni maximo bello uicti & profligati.xi.elephāti in poteſtatē redacti.Agrigētini ſub corona omnes uēditi ſūt.Hānibal ſenior facta cū paucis eruptione diffugit.Gneo cornelio Aſina & Gaio Duilio conſulibus:cū Hānibal ſenior orā Italiæ maritimā inſtructa.lxx.nauiū claſſe uaſtaret:romani & ipſi claſſem fabricari atq; inſtrui præcipiūt:quod Duilius conſul celeriter impleuit.Nā intra.lxx.diē qua arbores cæſæ erāt.c.xxx.nauiū claſſis deducta in ancoris ſtetit Cornelius Aſina conſul alter cū.xvi.nauibus Liparā inſulā petit:ubi ab Hānibale:quaſi ad colloquiū pacis euocato:Punica fraude captus.atq; in uinculis necatus ē:Quod ubi Duilius alter cōſul audiuit:cū.xxx.nauibus aduerſus Hānibalē profectus ē.Cōmiſſo nauali prælio Hānibal amiſſa naui:qua uehebat̄ ſcapha ſubductus aufugit.xxx.naues eius & una captæ.xiii.merſæ.iii.M.hoīum occiſa.vii.M.capta referunt̄.Poſtea carthaginēſes Gaio Aquilio Floro & Lucio Cornelio Scipiōe cōſulibus Hānonē i locū Hānibalis ſubrogatū ꝑ Sardis Corſis defēſādis:nauali prælio præfecerūt:q a Scipione cōſule uictus:amiſſo exercitu ipſe cōfertiſſimis hoſtibus ſe īmiſcuit.ibiq; interfectus ē.Eodē anno.iii.M.ſeruorū & .iiii.M.naualiū ſociorū in urbis Romæ excidium cōiurarunt: & niſi maturata proditio cōſiliū præueniſſet:deſtituta præſidio ciuitas ſeruili manu periiſſet. Anno ab hoc proximo Calatinus conſul Camerā ſiciliæ urbē petēs temere in anguſtias deduxit exercitum: quas Pœnoꝝ copiæ iā dudum præſtruxerāt. Cui cū oīno nulla uel obſiſtēdi uel euadēdi facultas eēt:Calphurnii flāmæ uirtute & ope liberatus ē:qui lecta.ccc.uiroꝝ manu iſeſſū ab hoſtibus tumulū occupauit.& in ſe Pœnos oēs pugnādo cōuertit donec Romanus exercitus obſeſſas anguſtias hoſte nō urgēte trāſiret.Cæſi ſūt i eo prælio oēs.ccc.ſolus Calphurnius q̄uis multis cōfoſſus uulneribus & cadaueribus obtectus euaſit. Hānibal ſenior a carthaginēſibus iterū claſſi præpoſitus iſœliciter cū romanis nauali prælio cōgreſſus & uictus ē:ab exercitu ſuo ſeditione orta lapidibus cooptus interiit.Attilius cōſul Liparā Melitāq; inſulas ſiciliæ nobiles peruagatus euertit.Cōſules in aphricā iuſſi trāſferre bellū cū.ccccxxx.nauibus Siciliā petierūt:quibus Hamilchar pœnorū imperator & Hāno claſſi præfectus occurrit.Cōſerto nauali prælio carthaginenſes in fugam uerſi .lxiiii.naues perdiderūt. Victores conſules in aphricā cōuerſi ſūt.primāq; omniū Clipeā urbē in deditionē recæperūt.Inde Carthaginē petētes.ccc.aut eo amplius caſtella populati ſūt.infeſtaq; carthagini ſigna circūtulerūt Manlius cōſul ab aphrica cū uictrici claſſe decedēs.xxvii.M.captiuorū cū ingētibus ſpoliis Romā reuexit. Regulus bellū Carthaginēſe ſortitus:iter cū exercitu faciēs haud ꝓcul a flumine Bragada caſtra cōſtituit: ubi cū plurimos militum aquādi neceſſitate ad flumen deſcēdentes ſerpēs miræ magnitudinis deuoraret:Regulus ad expugnandam beſtiam cū exercitu profectus ē.ſed nihil in tergo eius proficientibus iaculis atq; omni telorum ictu irrito:quæ per horrendā ſquamarū cratē quaſi per obliquam ſcutorum teſtudinē labebatur.mirūq; i modū ne corpus læderēt ab ipſo corpore pellebāt̄:cū iſup magnā multitudinē m orſu comminui:impetu proteri:halitu etiā peſtifero exanimari uideret.balliſtas deferri imperauit per quas ſaxū murale ſpinæ eius icuſſū cōpagem totius corporis diſſoluit.Talis ſiquidē ē natura ſerpētis:ut cū pedibus carere uideat̄:coſtis tamē & ſquamis quas a ſūmo gutture uſq; ad imā aluū parili modo diſpoſitas habet:ita iſtruat̄ ut ſquamis:q̄ſi unguibus:coſtis quaſi cruribus innitat̄.Non.n.ut uermis.cui ſpinæ rigor non eſt & i directū corpuſculi ſui partes

gradatim porrigẽdo cõtractas:cõtrahẽdo porrectas motũ explicat:ſed alternis ĩteta cõnatibus latera ſinuoſa circũfert:ut p exteriorẽ ſpinæ curuaturã rigentẽ coſtaꝶ aciẽ tendat:coſtis autẽ natura ad ſũmũ rectis ſquamaꝶ ungulas figat:quod uiciſſim & celeriter agẽdo nõ ſolũ plana perlabit̃:ſed etiã couexa cõſcendit:tot ueſtigiis iſtructa:quot coſtis Huius itaq; rei cauſa ẽ:ut ſi ĩ qualibet corporis parte ab aluo uſq; ad caput ictu aliquo collidat̃:debilis reddita curſũ habere nõ poſſit:qa ubicũq; illi ictus iciderit:ſpinã ſoluit:per quam coſtaꝶ pedes & motus corporis agebant̃.unde etiã hic ſerpens q tãdiu tot iaculis ĩuulnerabilis obſtitit:ad unius ſaxi ictũ debilis ceſſit.ac mox circũuẽtus telis facile oppreſſus ẽ.Coriũ autẽ eius Romã deuectũ:quod fuiſſe.cxx.pedũ ſpatio ferunt: aliquandiu cunctis miraculo fuit.Regulus aduerſus tres ĩpatores ideſt Haſdrubales duos & accitũ ex Sicilia Hamilcarẽ atrociſſimũ bellum geſſit:ĩ quo cæſa ſunt Carthaginẽſiũ.xvii.M.capta autẽ.v.M.elephanti.x.&.viii.abducti:oppida.lxxxii.ĩ deditionem ceſſere Romanis.Carthaginẽſes fracti bellis:& cladibus exinaniti pacẽ a regulo popoſcerunt ſed cum ĩtolerabiles & duras cõditiones pacis audiſſent:tutius rati ſeſe armatos mori q̃ miſeros uiuere:precio nõ ſolũ Hiſpanoꝶ uel Galloꝶ auxilia quæ iam dudũ plurima habebãt:ſed etiã Græcorũ cõparãda duxerunt.Itaq; Xanthippũ Lacedæmoniorũ regẽ cũ auxiliis accitum ducẽ bello præfecerunt.Xantippus ĩſpectis Pœnorũ copiis atq; ĩ cãpũ deductis:lõge in melius mutato apparatu:pugnã cum Romanis ĩſeruit.Ingens ibi ruina uirium Romanarum fuit.Nã.xxx.M.Romanorũ militũ ĩ illa tunc cõgreſſione proſtrata ſunt.Regulus ille dux uir nobilis cũ.d.uiris captus ẽ:& ĩ catenas cõiectus.decimo demũ ãno Punici belli nobilẽ triũphũ Carthaginẽſibus præbuit.Xantippus tã audacis facti cõſcius rerum ĩſtabiliũ mutatiõem timens ilico ex Aphrica migrauit ĩ Græciã.Igitur Aemilius Paulus & Fuluius nobilior conſules audita captiuitate reguli & clade exercitus Romani trãſire ĩ Aphricã cum claſſe.cc.nauiũ iuſſi Clipeã petunt.Eo Carthaginenſes cũ pari claſſe cõfeſtim uenerunt.nec differre potuit nauale certamẽ.ciiii.naues Carthaginenſium demerſæ.xxx. cũ pugnatoribus captæ.præterea. xxxv.M. militũ cæſa ſunt.Romanoꝶ autẽ nouẽ nauibus deprehẽſis.M.c.periere milites.Cõſules autẽ Clipeæ caſtra poſuerunt.Duo Hãnones ĩpatores pœnoꝶ eo rurſus cũ exercitu magno cõuenerunt.prælioq; cõmiſſo.ix.M.militũ ꝑdiderunt.Sed & tũc apud Romanos nũq̃ diuturna fœlicitas erat.& qualeſcũq; ſucceſſus magnis cõtinuo maloꝶ molibus obruebant̃.Cũ itaq; Romana claſſis ad Italiam prædis onuſta remearet:infando naufragio euerſa ẽ.Nã ex.ccc.nauibus.ccxx.perierunt.lxxx.uix abiectis oneribus liberatæ ſunt. Hamilcar dux pœnoꝶ cũ exercitu ĩ Numidiã mauritaniãq; miſſus:poſtq̃ hoſtiliter cruenteque ĩ uniuerſos egit:q; regulũ libenter ſuſcepiſſe dicerent̃.M.argenti talentis.&.xx M.boũ reliquos cõdemnauit.Principes autẽ omniũ populoꝶ patibulo ſuffixit. Tertio anno ſicut ſemper ĩdomitus furor cito periculorũ obliuiſcit̃.Seruilius Cæpio & Sempronius Bleſus conſules.cclx.nauibus ĩ Aphricam tranſgreſſi uniuerſam oram maritimam:quæ circa ſyrtes iacet depopulati ſunt.atque in ſuperiora progreſſi: captis euerſiſque ciuitatibus plurimis ingentem prædam ad claſſem deuexerunt.Inde cum ad Italiam redirent:circa Palinuri ꝓmontoriũ:quod a Lucanis montibus in altum excurrit: illiſi ſcopulis.c.l.naues onerarias nobilemque prædam crudeliter acquiſitam infœliciter perdiderunt.Vicit aliquando apud Romanos improbiſſimam cupiditatem enormi-

tas miſeriarū.Nā patres:quibus nauticæ rei iam perteſum erat:decreuere ne amplius q̄ .lx.nauiū claſſis ad ſubſidiū haberetur Italiæ:quod quidem decretū cōtinuo adacti indomita cupiditate ruperūt.Præterea Cotta cōſul in Siciliā trāſgreſſus plurimis præliis aduerſus Pœnos & Siculos terra mariq; pugnauit.& p totā Siciliā parti hoſtiū.partim et ſociorū inhumanas ſtrages reliquit.Lucio Cæcilio metello Gaio Furio Placidio cōſulibus Haſdrubal nouus carthaginenſiū imperator cū elephātis.c.xxxiii.& equitum:peditūq; amplius.xx.M.Lilybeū uenit ex Aphrica.& cōtinuo cū metello conſule apud Panormū pugnā conſeruit.ſed metellus uim magnā belluarū timēs prius eas magno uſus cōſilio uel in fugā:uel in mortē egit.& ſic facile q̄uis magnā uim hoſtiū ſupauit.xx.M. Carthaginēſiū in eo prælio cæſa ſunt.elephanti quoq;.xxvi.interfecti.ciiii.capti.& per Italiā ducti maximū Italis gentibus ſpectaculū præbuerūt.Haſdrubal cū paucis Lilybeū profugit.atq; abſens a Pœnis capite dānatus eſt.

¶ Quod Carthaginēſes deuicti pacē a Romanis petierūt nec impetrauerunt.

POſt hæc feſſi tot malis Carthaginēſes pacē eſſe petēdā a Romanis decreuerūt: Ad quā rē Attiliū regulū antea ducē romanū:quē iam per quinq; annos captiuum detinebāt:inter cæteros legatos præcipue mittēdum putauerūt: quē non impetrata pace ab Italia reuerſum:reſectis palpebris illigatum in machina uigilādo necauerunt.Alter deinde Attilius Regulus & Manlius Vulſco ambo bis cōſules cum claſſe.cc.nauiū &.iiii.legionibus Lilybeū profecti ſūt:quod oppidū in promōtorio ſitū Romani obſidere conati:ſuperueniente Hānibale:qui Hamilcharis fuit filius uicti: maiore exercitus ſui parte perdita.ipſi ægre euaſerūt.Poſt hos claudius conſul cū claſſe.cxx.nauiū ad drepani portū cōtra hoſtē profectus:ibiq; mox exceptus claſſe pœnoꝝ ſuperatus ē.Et ipſe quidē cū.xxx.nauibus Lilybeū in caſtra cōfugit.reliquæ oēs.hoc ē.lxxxx.aut captæ aut demerſæ fuerūt.viii.M.militū cæſa.xx.M.capta referuntur.Gaius quoq; iunior collega Claudii uniuerſam claſſē naufragio amiſit.Anno etiā cōſequēti claſſis Punica i Italiā trāſiit.eiuſq; plurimas ptes lōge lateq; uaſtauit.Interea Luctatius cū claſſe.cc. nauiū in Siciliā trāſuectus:dū apud Drepanū ciuitatē pugnā īter primores ſiciliæ cieret: trāſfixo femore ægerrime cū iā obrueretur erectus ē. Porro autē pœni cū.cccc.nauibus magniſq; copiis ad ſiciliā duce Hānone cōcurrūt. Nec tamē Luctatius ſegnior:immo conſilia Pœnorū celeritate mira præuenit.Poſtq̄ proxime ſibi utrorūq; claſſes apud Aegades inſulas per totā noctē intertextis propemodū ancoris cōſtituerunt:orta luce prior Luctatius ſignū bello dedit.Crudeſcēte pugna uictus Hāno nauē auertit.& dux fugæ primus fuit.Aliquāta cū eo pars exercitus ſui Aphricā petūt.alii cōfugere Lilybeū ſexaginta tres Punicæ naues captæ ſunt.cxxv.demerſæ.xxxii.M.hominū capta.cæſa.xiiii. .M.fuere.Romanorū autē.xii.naues demerſæ ſūt.Luctatius deinde ad Ericinā ciuitatē:quā Pœni tenebāt:uenit.ibiq; duo.M.Carthaginēſiū cōſerta pugna interfecit.

¶ Carthaginēſes Romā mittūt.& pacē petūt cōditioībuſq; ante propoſitis cōſequūtur.

TVnc Carthaginēſes præcipiti feſtiatiōe ad luctatiū cōſulē ac deide Romā mittūt:Orāt pacē:quā cōditioībus ante ꝓpoſitis ilico cōſequūť.Coditiōes aūt erāt ut Sicilia Sardiniaq; decederēt:pro quo īpēſis bellicis puri argēti .iii.M. talētorū Euboicoꝝ:æqs pēſioībus p ānos.xx.pēderēt.Huius pacis cōditio hīta ē poſt ānū.iii. &.xx.ex quo bellū punicū primū fuerat īchoatū. Quis rogo duaꝝ ciuitatū unū bellū

per annos.xxiii.geſtum fando explicet? quos reges Carthaginenſiũ:quot conſules Romanoꝝ:quot agmina exercituũ:quãtũ numeꝝ nauium contraxerit: profligarit: oppreſſerit.& tum demum ſi illa ad plenũ ꝑpenſa uideant̄: de præſentibus iudicet? Anno ab urbe condita.dvii.repentina ſubuerſio ipſius Romæ præuenit triumphũ Romanorum. Neq; enim temere dixerim quando nõ uel modicã lætitiã Romæ ſuperueniens repente ꝗ grauiſſimus luctus oppreſſerit.Si qdem Q uito Luctatio Catulo Aulo Manlio conſulibus diuerſæ ignium aquaꝝq; clades pene abſumpſere urbẽ.Nã Tyberis iſolitis auctus imbribus.& ultra opinionẽ uel diuturnitate uel magnitudine redundans oĩa Romæ ædificia ĩ plano poſita deleuit.Diuerſæ qualitates locoꝝ ad unã cõuenere perniciem: quoniã quæ ſegnior redundatio tenuit:madefacta diſſoluit.& quæ curſus torrentis ĩuenit:ipulſa deiecit.Aquaꝝ grauiſſimã cladẽ grauior ignis ſecuta uaſtatio eſt: q ignis incertũ unde ſurrexerit plurimas ciuitatis partes ꝑuagatus:cũ hominũ domoꝝq; miſerabilem ſtragẽ feciſſet:tũ etiã tantũ opum uno icendio conſũpſit: q̃tũ plurimæ & ꝑegrinæ uictoriæ cõferre nõ poſſent.Dehinc cũ omnia in circuitu fori popularet̄: ædem Veſtæ corripuit.Et nec ſibi ſiqdem diis ſubueniẽtibus:ignẽ illũ qui æternus putabat̄: temporarius ignis oppreſſit.Vnde etiã Metellus dum arſuros deos eripit:uix brachio ſemiuſto ablatus aufugit.Tito Sempronio Gracco & Gaio Valerio Fulcone cõſulibus cum Phaliſcis bellauere Romani.eoq; prælio quindecim millia Phaliſcorum interfecta ſunt.

¶ Galli ciſalpini noui hoſtes bellum Romanis intulerunt.

EOdem anno Galli ciſalpini noui extitere hoſtes:aduerſum quos uaria ſorte bellatum eſt.Nam in primo conflictu Valerio conſule.iii.M.d.cecidere Romanorum.ſecundo.xiiii.M.Galloꝝ cæſa.ii.M.capta ſunt.ſed ob priorem cladẽ triumphus conſuli denegatus eſt.Tito Manlio Torquato Gaio Attilio Bubulco conſulibus Sardinia inſula rebellauit:auctoribus Pœnis:unde mox Sardi ſubacti & oppreſſi ſunt.Carthaginenſibus autẽ uiolatoribus pacis:quã ipſi popoſciſſent:iferri bellũ decretum eſt.Contra Carthaginenſes pacem ſuppliciter popoſcerunt.& cũ hi miſſis legatis nihil ꝑfeciſſent:poſt etiã.x.principibus bis æque ſupplicantibus nec ĩpetrarent:nouiſſime hãnonis hominis minimi iter legatos oratiõe meruerũt.Hoc ãno porta Iani gemini clauſa eſt: quia nuſq̃ eodem anno bellũ erat:quod ſub Numa ſolũ Põpilio rege ꝑuenerat.Hic demum nobis tacendũ eſt:& quia tempora quidẽ conferri noſtra nullo modo poſſunt:ſilentio tranſmitti expedit:ne obtrectatores dieꝝ uitæ ſuæ ad inſultandum potius ſibi hoc ſtrepitu ſuſcitemus.Ecce portæ Iani clauſæ fuerunt.foris bellum Romanoꝝ nõ fuit.omnem ſobolem ſuam ĩ gremio ſuo cõquieſcentẽ Roma cõtinens nõ ſuperauit.

¶ Poſt primum punicum bellum Roma uno anno poſt.cccc.annos quieuit.

AT hoc quando? poſt primum bellum Punicum.poſt quantum temporis? poſt annos quadringentos ſexaginta.quamdiu? anno uno.& quid altero ſub ſecutum eſt? ut de cæteris taceam:bellũ Gallicum:& Hannibal cum bello Punico ſecundo.Heu mihi cognouiſſe hæc & denudaſſe.Q uinetiam me pudet.pax iſta unius anni:uel magis umbra pacis:lenimẽtũ miſeriaꝝ:an ĩcẽtiuũ maloꝝ fuit? ſtillicidiũ iſtud olei ĩ mediũ magnæ flãmæ cadens extinxit fomitẽ tanti ignis:an aluit? Paꝝ aquæ frigidæ ardentiſſimis hauſtũ in febribus ſanauit ægrotum:an potius ĩcendit? per annos prope.dcc.ideſt ab Hoſtilio Tullo uſque ad Cæſarem Auguſtũ una tantũmodo æſtate

Romana ſanguinē uiſcera non ſudarūt. & inter plurimas magnorū ſæculorū ætates miſera ciuitas:uere miſera mater:uix uno tēpore a timore luctuū:ut non dicā ab ipſis luctibus cōquieuit. Hoc ſi quiſquā hominū tā parum in uita ſua quietis habuiſſet:nunqd uel uixiſſe diceretur? Aut ſi quiſquā per totū annū doloribus & cruciatibus angatur:medio autē anni ipſius ſpatio unū tātum diē tranquillū:& ſine cōflictationibus trāſigat:nunqd ex eo die leuamētum malorū accipiet:ac nō totū annū miſeriis deputabit? Sed illi inquit hunc annum pro glorioſo ſigno infatigabilis uirtutis collocauerunt:atq; utinā pro obliuione calamitatis cōtinuæ præteriſſet. Nā ſicut ī corpore hominis ita demum dignoſcit lepra:ſi uariatim īter ſanas cutis partes color diuerſus appareat:at ſi ita ſe ubiq; diffundat ut oīa unius coloris:q̄uis adulterari faciat periit illa diſcretio:ita ſi labor' continuus æquali tolerantia:ſine reſpirandi appetitu perfluxiſſet:intētio uoluntatis & electio cōſuetudinis diceretur. Cum autē in hoc pauxillum ocii tāto pere uel maiorum gaudia:uel minorum ſtudia reclinātur:profecto diſcernitur:& quā iocunditatē habuerit hæc breuitas:et quā amaritudinem illa prolixitas:hoc ē. qes illa q̄ grata fuiſſet:ſi diuturna manſiſſet:et hæc inceſſabilis miſeria q̄ etiā uitanda fuerit:ſi uitari quacūq; potuiſſet. Anno ab urbe condita.dcxliiii. Hamilchar dux carthaginēſium ab hiſpanis in bello cū aliud bellū aduerſus Romanos clā pararet:occiſus ē.

¶ Legati Romanorū ab Illyriis interfecti ſūt:pro quibus atrociſſimū bellū geſtum eſt.

SEquenti anno legati Romanorū ab Illyriis interfecti ſūt. Poſt cū ipſis illyriis atrociſſimum bellū geſtum ē in quo multis oppidis populiſq; deletis: reliqui ſe Fuluio poſthumioq; conſulibus dediderunt. Tertio deinceps anno miſerā ciuitatem ſacrilegis ſacrificiis male potētes funeſtauere pontifices. Nāq; decē uiri cōſuetudinē priſcæ ſuperſtitionis aggreſſi Gallum uirum & Gallā fœminā cū muliere ſimul Græca in foro boario uiuos defoderūt. Sed obligamentū hoc magicum in contrariū continuo uerſum eſt. Nāq; diras illas:quas fecerāt externorū mortes fœdiſſimis ſuorū cædibus expiauerunt. Siquidē Lucio Aemilio Catulo Gaio Attilio regulo cōſulibus magna formidine conſternatus ſenatus defectione ciſalpinæ Galliæ:cum etiā ex ulteriore Gallia ingens aduentare exercitus nunciaretur:maxime geſſatorū quod nomē non gentis ſed mercenariorum Gallorum ē. Itaq; permoti conſules totius italiæ ad præſidium imperii cōtraxere uires. Quo facto in utriuſq; conſulis exercitu.dccc.M.armatorum fuiſſe referuntur:ſicut Fabius hiſtoricus:qui eidē bello interfuit:ſcribit:Ex quibus romanoꝝ & campanorū fuerunt peditum.cccl xviii.M.equitum uero.xxvi.M.dc.cætera multitudo ſociorum fuit. Cōmiſſo prælio apud Arretium Attilius conſul occiſus ē.lxxx.M. Romanorū:nec ſaltē tāta:quāta eos terrere debuit:cæſa ſui parte fugerūt. Nā.iii.M.eorū tunc interfecta hiſtorici tradūt:quod ideo ignominioſius turpiuſq; ē. tā paucis amiſſis tanta agmina diffugiſſe: quia ſe in aliis uictoriis nō uiribus animorum præualuiſſe: ſed bellorum prouentibus prodiderūt. Quis enim rogo in exercitu romanorū crederet numeꝝ iſtū fuiſſe ſaltē:nō dico fugiſſe? Poſt hæc ſecūdū cū gallis præliū geſtū ē: ī quo plane.xl.M.trucidata ſūt galloꝝ. Sequēti āno Mālius Torqtus & Fuluius Flaccus cōſules primi trās Padū romanas duxere legiōes. Pugnatū ē ibi cū Inſubribus gallis:quorū iterfecta ſūt.xxiii.M.qnq;.M.capta. Eo deīde āno:q huic ꝓximus fuit:dira miſerā urbē terruere ꝓdigia. Miſerā utiq;:quæ huic fremitu hoſtiū:īde neqcia d̄monū terrebat

Nanq; i Piceno flumine ſanguis effluxit.& apud Tuſcos cœlum ardere uiſum eſt:& Arimini nocte multa lucem claram effulſiſſe:ac tres lunas diſtantibus cœli regionibus exortas apparuiſſe. Tūc quoq; magno terræmotu Achaia & Rhodus iſulæ adeo concuſſæ ſunt:ut labentibus uulgo tectis igens ille quoque coloſſus rueret. Eodem anno Flaminius conſul contemptis auſpiciis:quibus pugnare prohibebat᷑: aduerſum Gallos conflixit:& uicit. In quo bello octo milia Gallorum cæſa.decem & ſeptem milia capta ſunt. Poſt hoc Claudius conſul Geſſatorum trigita milia deleuit: ubi etiam ipſe Viridomarum regem i primam aciem progreſſus occidit:& iter multa Inſubriū quos ad deditionem coegerat oppida: Mediolanum quoq; urbem florentiſſimam cepit: Deinde Iſtri noui hoſtes excitati ſunt: quos Cornelius Mimitiuſq; conſules multo quidem Romanorū ſāguine ſubegerūt. Emergit hic paululū ātiquus ille romanoꝝ iprobæ laudis etiā de parricidiis appetitus. Nā Fabius cēſor Fabiū Buteonē filiū ſuū furti iſimulatū iterfecit: dignū ſe facinus:ꝗ pater uel parricidio plectendum duceret: quod ne leges qdē: niſi mulcta pecuniæ aut ſūmū exilii circa quēlibet hoīum cēſuerūt

¶ Hannibal imperator Pœnorum inimicitias fecit cum Romanis.

ANno ab urbe condita.dxxxiiii. Hannibal Pœnorum imperator Saguntum florentiſſimam Hiſpaniæ ciuitatem:amicam populi Romani:primum bello petitam:deinde obſidione cinctam:& fame excruciatam omniaque fortiter contemplatione fidei:quam Romanis deuouerant:digna indignaque tolerantē viii. demum menſe deleuit. Legatos romanorum ad ſemiſſos iiurioſiſſime etiam a cōſpectu ſuo abſtinuit. Exinde odio romani nominis:quod patri Hamilchari:cum eēt .ix. ānos natus: fideliſſime alias iſideliſſimus ante aras iurauerat: Publio Cornelio ſcipione & Publio Sempronio Longo cōſulibus Pyreneos mōtes trāſgreſſus iter ferociſſimas Gallorum gētes ferro uiam aperuit.& nouo demum die a Pyreneo ad alpes ꝑuenit:ubi dum mōtanos Gallos repelleret ab aſcenſu: obnitentes bello ſuperat:atque iuias rupes igni ferroq; reſcidit. ꝗtriduū cōmoratus qnta demū die cū maximo labore ad plana Italiæ ꝑuenit. Fuiſſe tūc exercitū eius ꝯetū miliū peditū.&.xxx.M.eqtum definiūt. Scipio cōſul Hānibali primus occurrit:cōmiſſoq; prælio apud Ticinū ipſe grauiter uulneratus ꝑ Scipionē filiū admodū prætextatū q poſt Aphricanus cognominatus eſt:ab ipſa morte liberatus euaſit. Cæſus eſt ibi pene oīs romanus exercitus. Pugnatum eſt deīde eodem cōſule ad flumē Trebiā:iterumq; romani pari clade ſupati ſunt. Sēpronius cōſul cognito collegæ caſu a ſicilia cū exercitu rediit:q ſimiliter apud eūdē fluuiū cōgreſſus amiſſo exercitu pene ſolus euaſit. In eo tamē prælio etiā Hānibal ſauciatus ē:q poſtea cū i Hetruriā primo uere trāſiret:i ſūmo Apēnino tempeſtate correptus biduo cōtinuo imobiliter cū exercitu niuibus concluſus & onuſtus obriguit: ubi magnus homnium numerus iumenta ꝗplurima:elephāti aūt pene oēs frigoris acerbitate perierunt. At uero alter tunc Scipio frater conſulis Scipionis in Hiſpania plurima bella geſſit. Magonem quoque Pœnorum ducem bello uicit & cepit.

¶ Multa prodigia uiſa ſunt in cœlo.

MIris tūc etiā romani ꝓdigiis territi ſūt. Nā & ſolis orbis minui uiſus ē.& apud Arpos parmæ i cælo uiſæ. ſol quoq; pugnaſſe cū luna. apud Capenas itra diē duas lunas ortas. i Sardinia ſāguine duo ſcuta ſudauiſſe. i Phaliſcis cœlū ſcin

di:uelut magno hiatū uiſū.apud Antiū metētibus cruētas ſpicas ī corbē decidiſſe.Igit̄
Hānibal ſciens Flaminium cōſulem ſolum ī caſtris eē:quo celerius īparatum obrue-
ret:primo uere ꝓgreſſus arripuit ꝓpiorem:ſed paluſtrem uiam & tum forte Sarnus
late redūdās pēdulos & diſſolutos campos reliquerat:de q̄bus dictum eſt.& quæ rigat
æquora Sarnus:ī quos cū exercitu Hānibal ꝓgreſſus nebulis maxime:quæ de palude
exhalabāt ꝓſpectū auferētibus:magnā partē ſocioꝝ iumētorumq; ꝑdidit.Ipſe autem
uni elephāto q̄ ſolus ſupfuerat:ſuperſedens uix difficultatem itineris euaſit.ſed ocu-
lum:quo dudum iam ægrotauerat uiolētia frigoris & uigiliaꝝ ac laboris amiſit.Vbi
uero proximus caſtris Flaminii cōſulis fuit:uaſtatione circuniacētium locoꝝ Flami
nium in bellum excitauit.Hæc pugna ad Thraſumenum lacum facta eſt:ubi exerci
tus Romanus īfœliciſſime arte circūuētus Hānibalis funditus trucidatus ē.Ipſe quo
q; cōſul occiſus.xxiii.M.romanoꝝ ī eo prælio cæſa:ſex.M.capta referunt̄.De exer-
citu uero Hānibalis.ii.M.ceciderunt.Famoſum hoc apud Thraſumenum lacum cer
tamē fuit tāta clade Romana maxime:cum ita ītētus pugnantium ardor extiterit:ut
grauiſſimum terræmotum:q̄ tunc forte tam uehemēs factus eſt:ut urbes diruiſſe:mō
tes trāſtuliſſe:diſcidiſſe rupes:& flumina retrorſum coegiſſe referat̄:pugnātes omni-
no nō ſēſerunt.Factā ad Thraſumenum ruinā ſeq̄tur pugna Cānēſis:q̄uis Fabii Ma-
ximi dictatoris tempus medium fuerit:q̄ impetum Hannibalis cunctando tardauit.

¶ Apud Cannas pugnatum eſt cum Hannibale & uicti ſunt Romani.

ANno ab urbe condita.d.xl.Lucius Aemilius Paulus & Publius Terentius
Varro cōſules cōtra Hānibalem miſſi impatientia Varronis conſulis infœli
ciſſime apud Cānas Apuliæ uicum omnes Romanæ ſpei uires pene perie-
runt.Nā ī ea pugna.xliiii.M.Romanoꝝ īterfecta ſunt:q̄q̄ & de exercitu Hānibalis
magna pars cæſa eſt.nullo tamē Punico bello Romani adeo ad extrema īternitionis
adducti ſunt.Periit eni ī eo cōſul Aemilius Paulus.cōſulares autē & prætorii uiri .xx.
interſecti ſunt.Senatores uel capti uel occiſi ſunt.xxx.nobiles uiri.ccc.pedeſtrium mi
litum.xl.M.equitum.iii.M.d.Varro conſul cum.l.equitibus Venuſium fugit.Nec
dubium eſt ultimum illum diem Romani ſtatus futurū fuiſſe:ſi Hannibal mox poſt
uictoriam ad peruadendam urbem contendiſſet.Hannibal in teſtimonium uictoriæ
ſuæ tres modios ānulorum aureorum Carthaginem miſit:quos ex manibus interfe-
ctorum equitum Romanoꝝ ſenatorumq; detraxerat.Vſqueadeo autem ultima de
ſperatio reipublicæ apud reſiduos Romanos fuit:ut ſenatores de relinquenda Italia
ſedibuſque quærendis conſiliū ineūdum putarint:Quod auctore Cæcilio Metello
cōfirmatum fuiſſet:niſi Cornelius Scipio tribunus tūc militū idem qui poſtea Aphri
canus fuit:diſtricto gladio deterruiſſet.ac potius pro patriæ defenſione ī ſua uerba iu
rare coegiſſet.Romani ad ſpem uitæ:quaſi ab inferis reſpirare auſi dictatorem Deci
um Iunium crearūt:qui delectu habito ab annis decem & ſeptem immaturæ inordi
natæque militiæ quatuor legiones undecūque contraxit.Tunc etiam ſeruos ſpectati
roboris ac uolūtatis:uel oblatos:uel ſi ita opus fuit:publico precio emptos ſub titulo
libertatis ſacramēto militiæ adegit.Arma quæ deerāt tēplis detraxerūt.egenti ærario
priuatæ opes refuſæ ſūt.Ita equeſter ordo:ita plæbs trepida:oblita ſtudiorū ī cōmune
conſuluit.Iunius quoq; dictator antiquū romanæ miſeriæ factum recolens pro ſup-

plemento exercitus edicto:uel ut aſylo patefacto homines:q̄cunque ſceleribus ac debitis obnoxii eſſent:impunitate permiſſa militiæ mancipauit: quorum numerus ad ſex.M.uiroꝶ fuit.Campania uero uel potius omnis Italia ad Hannibalem deſperata penitus romani ſtatus reparatiōe defecit.Poſt hoc Lucius Poſthumius prætor aduerſum Gallos pugnare iuſſus cum exercitu cæſus eſt. Deinde Sempronio Graccho & Quinto Fabio Maximo conſulibus Claudius Marcellus ex prætore proconſul deſignatus Hannibalis exercitum prælio fudit.primuſq; poſt tantas reipublicæ ruinas ſpem fecit:Hannibalem poſſe ſuperari.Scipiones autem in Hiſpania Haſdrubalem Pœnorum imperatorem ad Italiam exercitum comparantem:grauiſſimo bello oppreſſerunt.Nam.xxxv.M.militum de exercitu eius uel cæde:uel captione minuerūt Celtiberos milites cum primum externam manum romani ī caſtris habere cœperūt. precio ſollicitatos ab hoſtium ſocietate in caſtra ſua duxerūt.Sempronius Gracchus proconſul ab hoſpite ſuo Lucano quodam ductus in inſidias occiſus eſt. Centenius Penula centurio decerni ſibi ultro bellum aduerſum Hannibalem petiit: A quo cum octo.M.militum:quos in aciem eduxerat:cæſus eſt.Poſt hūc Gneus Fuluius prætor ab Hannibale uictus amiſſo exercitu uix euaſit.Pudet recordationis.Quid enim dicam improbitatem magis : an miſeriam romanorum? immo uerius uel improbam miſeriam : uel miſeram improbitatem? Quis credat eo tempore:quo ærarium populi romani egenam ſtipem priuata collatione poſcebat.miles in caſtris:non niſi aut puer:aut ſeruus.aut ſceleratus:aut debitor:& ne ſic quidem numerus idoneus erat:ſenatus in curia omnis pene nouitius uidebatur.Poſtremo cum ita imminutis fractiſque omnibus deſperaretur:ut conſilium de relinquenda Italia ſubiretur:eo tempore cum unum domeſticum bellum:ut diximus:ferri uix ullo modo poſſet:tria inſuper tranſmarina bella quis credat fuiſſe ſuſcepta: unum in Macedonia contra Philippum potentiſſimum Macedoniæ regem:Alterum in Hiſpania contra Haſdrubalem Hannibalis fratrem Tertium in Sardinia contra Sardos:extra hoc quartum Hānibalis:quo in Italia premebantur:& tamen fortis in alterutrum deſperatio in meliora profecit. Nam in his omnibus deſperando pugnarūt.pugnando uicerunt. Ex quo euidenter oſtenditur nec tempora tunc fuiſſe traquilliora ociis:ſed homines miſeriis fortiores. Anno ab urbe condita.d.xliii.claudius Marcellus ſyracuſas opulentiſſima urbe ſiciliæ ſecūda oppugnatione ui cepit.quā cū iam pridē obſediſſet.archimedis ſyracuſani ciuis admirabili ingenio præditi machinis repulſus expugnare non potuit.

¶ Hannibal uſq; ad Anienem flumen deuenit tertio lapide ab urbe Roma.

DEcimo anno poſtq̄ Hannibal ī Italiam uenerat Gneo Fuluio & Publio Sulpitio conſulibus Hannibal de campania mouit exercitum.& cū ingenti clade omnium per Sidicinū Sinueſſanumq; agrū uia Latina profectus ad Anienem fluuiū tribus milibus ab urbe conſedit:incredibili totius ciuitatis metu cū ſenatu populoq; diuerſis curis trepido matronæ quoq; amentes pauore per propugnacula currerent:& conuehere in muros ſaxa:primæq; pro muris pugnare geſtirent. Ipſe autem cum expeditis equitibus uſque ad portam Collinam infeſtus acceſſit. deinde omnes copias in aciem direxit.Sed & conſules Fuluius & Publius non detrectauere pugnam At ubi expoſitæ utrinq; acies conſtiterunt:in cōſpectu Romæ præmium ui-

ctoriæ futuræ tãtus ſubito ſe imber e nubibus grãdine mixtus effudit ut turbata agmi
na uix armis retẽtis i ſua ſe caſtra colligerẽt. Deide cum ſerenitate reddita i campum
copiæ atq; in aciem rediiſſẽt: rurſum uiolẽtior fuſa tempeſtas maiore metu mortaliũ
audaciam coercuit. territoſq; exercitus i tentoria refugere coegit. Tũc cõuerſus in reli-
gionem Hãnibal dixiſſe fertur: potiundæ ſibi Romæ modo uolũtatem nõ dari: modo
poteſtatẽ. Reſpondeãt nũc mihi obtrectatores ueri dei hoc loco: Hãnibali a capeſſẽ
da ſubruẽdaq; Roma utrum romana reſtitit fortitudo: an diuina miſeratio: an forſitã
conſeruati iſti dedignãtur fateri: qđ Hãnibal & uictor extimuit: & cedẽs probauit.
At ſi iſtam diuinam tutelam per pluuiam de cœlo ueniſſe manifeſtum eſt: ipſam au-
tem pluuiam opportunis & neceſſariis temporibus nõ niſi per chriſtum: qui eſt uerus
deus miniſtrari: etiã ab huiuſmodi hominibus ſatis certo ſciri: nec negari poſſe exiſti
mo. maxime nũc: quãdo ad documẽtum potẽtiæ eius cũ ſiccitate turbãte pluuiam po
ſcere aſſidue cõtigit: & alternis uicibus nũc gẽtiles: nũc chriſtiani rogant: nec unq̃ etiã
ipſis teſtibus factum eſt: ut optati imbres ſuperueniãt: niſi i die: quo rogari chriſtum
& chriſtianis rogare permittitur: proculdubio cõſtat: urbem Romã per hũc eũdem
uerum deum: q eſt chriſtus Ieſus ordinãtem ſecundũ placitũ ineffabilis iudicii ſui: &
tũc affuturæ fidei credulitatem ſeruatam fuiſſe: & nũc pro parte ſui icredulam caſtiga
tam. At uero i Hiſpania ambo Scipiones a fratre Haſdrubalis iterfecti ſũt. In Campa
nia Capua capta eſt a Quinto Fuluio proconſule. principes autem Campanorum
ueneno mortem ſibi conſciuerunt: Senatum omnem Capuæ etiã prohibẽte ſenatu ro
mano Fuluius ſupplicio necauit. Interfectis in Hiſpania Scipionibus cũ omnibus in
cuſſo pauore cõtãtibus Scipio ſe admodũ adoleſcens ultro obtuliſſet: & pudẽda pe nu
ria eſſet ærarii Claudio Marcello & Valerio Leuino auctoribus: q tũc conſules erãt
aurũ argẽtumq; ſignatũ ad quæſtores palam omnes ſenatores i publicũ cõtulerunt: ita
ut nihil præter ãnulos ſingulos: bullaſq; ſibi ac filiis: & deide filiabus uxoribuſq; ſin-
gulas tãtũ auri uncias: & argẽti nõ amplius q̃ ſingulas libras relinquerẽt.

¶ Scipio in Hiſpania imperium proconſulare ſortitus eſt.

SCipio ãnos natus. xxiiii. iperiũ i Hiſpania ꝓconſulare ſortitus: ultionem pa-
tris præcipue & patrui aĩo itẽdẽs pireneũ trãſgreſſus primo ipetu Carthagi-
nẽ nouã cepit: ubi ſtipẽdia maxima: præſidia ualida: copiæ auri argẽtiq; ma
gnæ Pœnoꝝ habebãtur: ibi etiã Magonẽ fratrẽ Hãnibalis captũ cũ cæteris Romam
miſit. Leuinus cõſul ex Macedonia rediẽs Agrigẽtũ urbẽ Siciliæ expugnauit. ibique
Hãnonẽ Aphroꝝ ducẽ cepit. xl. ciuitates i deditionẽ accepit. xxvi. expugnauit. Hãni-
bal i Italia Gneũ Fuluiũ ꝓcõſulẽ: præterea tribunos. xi. & . vi. M. militũ iterfecit. Mar
cellus cõſul cũ Hãnibale triduũ cõtinuũ dimicauit. Primo die pari pugna diſceſſũ ẽ.
ſequẽti uictus cõſul. tertio die uictor octo. M. hoſtiũ iterfecit. ipſumq; Hannibalẽ cũ
reliqs fugere i caſtra cõpulit. Fabius cõſul Maximus Tarẽtũ: quæ a romanis deſciue
rat: iteꝝ expugnauit: & cæpit. Ibiq; igẽtes copias Hãnibalis cũ ipſo duce eius Cartha-
lone deleuit. xxx. M. hominum captiuorum uendidit. precia in fiſcum rettulit. Sequẽ
ti ãno i Italia Claudius Marcellus cõſul ab Hãnibale cũ exercitu occiſus ẽ. Scipio i Hi
ſpania Pœnorum ducem Haſdrubalem uicit: & caſtris exuit. Præterea. lxxx. ciuita-
tes aut deditione: aut bello in poteſtatem redegit. Aphris ſub corona uẽditis ſine pre

cio dimiſit Hiſpanos.Hānibal utrunq; conſulē Marcellū & Criſpinū iſidiis circunuen
tos iterfecit.Claudio Nerone & marco Liuio ſalinatore cōſulibus cum Haſdrubal Hā
nibalis frater ab Hiſpaniis p Gallias ad Italiam ueniret:iuſſuſque a Carthaginenſibus
ut fratri cū copiis iūgeret̄:magna ſecum auxilia Hiſpanoꝝ Gallorumq; deduceret:cū
maturato aduentu deſcēdiſſe iā ex alpibus cōſulibus ꝓditus fuiſſet:ab exercitu roma
no ignorāte Hānibale præuentus cū omni exercitu ſuo iterfectus eſt. Diu ꝗdem icer
tus belli euentus fuit:elephātis maxime romanā iſeſtātibus aciem:q a militibus roma
nis occiſi ſūt:quos a uolitādo uelites uocāt:quod genus militiæ paulo ante fuerat rep
tum:ut lecti agilitate iuuenes cū armis ſuis poſt terga eqtum ſederent: & mox cū ad
hoſtem uentum eſſet:eqs deſilirent:& continuo pedites ipſi ex alia parte equitibus p
quos aduecti fuerāt:dimicātibus hoſtem perturbarent.Ab his ergo uelitibus elephā
ti retroacti:cum regi iā a ſuis non poſſent:fabrili ſcalpro ītra aures adacto necabant̄:Id
genus occidendæ cum opus eſſet:belluæ idem dux haſdrubal primus inuenerat.Fuit
hoc prælio pœnis Metaurus flumē ubi haſdrubal eſt uictus:quaſi Thraſumenus la
cus.& Ceſſana Piceni ciuitas ut uicus ille Cānenſis.Nam.lxiii.M.de exercitu haſdru
balis ibi occiſa ſūt.capta ſūt.v.M.cccc.Quatuor.M.ciuiū Romanoꝝ iter eos repta
atq; reuocata ſūt:qđ uictoribus conſulibus ſolatio fuit.Nam & ab exercitu eoꝝ.viii.
M.ceciderūt.Hānibali caput fatris ſui Haſdrubalis ante caſtra proiectum eſt:Quo
uiſo & ſimul clade Pœnorum cognita:anno .xiii.ꝗ i Italiam uenerat:refugit i Brutios.
Poſt hæc anno continuo iter Hānibalem & Romanos qes a tumultu belloꝝ iterceſ
ſiſſe uiſa eſt:quia iquietudo morboꝝ i caſtris erat & grauiſſima peſtilentia utriq; exer
citus angebant̄.Interea Scipio uniuerſa Hiſpania a Pireneo uſq; ad oceanum i proui
ciam redacta:Romā uenit.Conſul cum Lycinio Craſſo creatus in Aphricam trāſiit.
Hānonem Hamilcharis filiū ducem Pœnoꝝ iterfecit: exercitumq; eius partim cæde
partim captiuitate diſpdit.Nam.xl.M.Pœnorum eo prælio occidit. Sempronius cō
ſul cum Hānibale cōgreſſus & uictus Romam refugit.Scipio i Aphrica aggreſſus hy
berna Pœnoꝝ atq; alia Numidaꝝ:quæ utraq; haud ꝓcul ab Vtica erāt:Nocte con
cubia fecit icendi.Pœni trepidi cū caſu accidiſſe ignem putarent:iermes ad extiguen
dum cōcurrerunt.quare facile ab armatis ſuperati ſunt uel oppreſſi.In utriſq; caſtris
xl.M.hominum igni ferroq;.conſūpta ſunt.capta.v.M.duces ipſi miſerabiliter am
buſti ægre effugerunt.Haſdrubal iperator Carthaginē ꝓfugus uenit.Itaq; Siphax &
Haſdrubal mox plurimū reparauere exercitū.atq; iteꝝ cū Scipione congreſſi ſunt.ui
ctiq; fugerūt.Siphacē fugiētē Lælius & Maſaniſſa cepunt.Cætera multitudo Cyrthā
cōfugit: quā Maſaniſſa oppugnatā i deditionē recepit.Siphacē ad Scipionē cathenis
uictū deduxit:quē Scipio cū igētibus ſpoliis plurimiſq; captiuis Romam perducen
dum Lælio tradidit.¶ Hannibal reuerſus eſt:ut feſſis Carthaginenſibus ſubueniret.

HAnnibal i Aphricā redire iuſſus:ut feſſis Carthaginenſibus ſubueniret:flens
reliqt Italiam:omnibus Italici generis militibus q ſeq nollēt interfectis: cui
cum ad Aphricanum littus ꝓpiquanti iuſſus eſſet quidam de nauticis aſcēde
re in arborem nauis atque inde ſpeculari:quam regionem teneret:ſepulchrum diru
tum ſe ꝓſpexiſſe reſpōdit.Abominatus dictum Hannibal:deflexo curſu Ad Leptim
oppidum :copias expoſuit:ubi cōtinuo refecta multitudine Carthaginem uenit:dei

de Scipionis colloquium petiit. Ibi cũ diu ſe attoniti mutua admiratione duo clariſſimi duces ſuſpexiſſent: iſecto pacis negocio præliũ cõſertum eſt: quod diu magnis ducum artibus diſpoſitum: magnis copiaꝝ molibus geſtũ: magnis militũ uiribus cõſũmatum Romanis uictoriam cõtulit. Octogita elephanti ibi uel capti uel occiſi ſunt. Carthaginenſium iterfecta ſunt. xx. M. d. Hannibal omnia & ante prælium & i prælio expertus: cum paucis: hoc eſt uix. iiii. eqtibus inter tumultum elapſus Andrumetũ cõfugit. poſtea Carthaginẽ poſt. xxx. & ſex annos q̃ ide paruus cum patre exierat: uenit: Conſultantiq; ſenatui nullã eſſe ſpem reſiduã: niſi i peteda pace pſuaſit. Gaio Cornelio Lentulo Publio Aelio Peto cõſulibus Carthaginenſibus pax per ſcipionem uoluntate ſenatus populique conceſſa eſt. Naues tamen plus q̃. d. in altum productæ in conſpectu ciuitatis incenſæ ſunt. ſcipio iam tunc cognomento Aphricanus triumphans urbem ingreſſus eſt: quem Terentius qui poſtea comicus ex nobiliſſimis Carthaginenſibus captiuis pilleatus: quod indultæ & libertatis inſigne fuit: triumphantem poſt currum ſecutus eſt.

¶ Secundum Punicum bellum finitum eſt & macedonicũm ſucceſſit.

ANno ab urbe condita. d. xlvi. bellum Punicum ſecundum finitum eſt: quod geſtum eſt annis. xvii. cui Macedonicum continuo ſucceſſit: quod Quintus Flaminius conſul ſortitus poſt multa & grauiſſima prælia: quibus Macedones uicti ſunt: pacẽ Philippo dedit. Deide cum lacedæmoniis pugnauit: uicto Nabide duce ipſorum nobiliſſimos obſides Demetrium Philippi filium & Armenem Nabidis filium ante currum duxit Romani captiui: qui ſub Hannibale per Græciam captiui uenditi fuerant: uniuerſi recepti capitibus raſis ob deterſam ſeruitutem: currum triumphantis ſecuti ſunt. Eodem tempore Inſubres Boii atque Cenomãni cõtra ctis in unum uiribus. Hamilchare Pœnorum duce qui in Italiam remanſerat Cremonam Placentiamque uaſtantes difficillimo bello a lucio Fuluio prætore ſuperati ſũt. Poſtea Flaminius proconſul Philippum regem & cum eo Thracas Macedonas Illyrios multaſque præterea gentes quæ i auxilium eius uenerãt: bello ſubegit. Victi Macedones caſtra amiſerunt. viii. M. hoſtium eo die cæſa. v. M. capta Polybius ſcribit Valerius dicit. xl. M. trucidata. Claudius uero. xxxii. M. interfecta commemorat. ſed hæc uarietas ſcriptorum utique fallacia eſt. Fallaciæ autem cauſa profecto adulatio eſt dum uictoris laudes accumulare uirtutemque primæ extollere uel præſentibus uel poſteris ſtudent. Alioquin inquiſitus non fuiſſet numerus: nec q̃liſcunque fuiſſet expreſſus: q; ſi glorioſum eſt duci & patriæ plurimos hoſtium peremiſſe: quanto magis lætum patriæ eſt duci beatum poteſt uideri ſuorũ uel nullos uel pauciſſimos perdidiſſe. Ita luciddiſſime patet q; ſimili impudentia mentiendi qua occiſorum hoſtium numerus dicitur ſociorum quoque amiſſorum damna minuuntur: uel etiam omnino reticentur. Igitur Sempronius Tuditanus in Hiſpania citeriore bello oppreſſus cũ omni exercitu Romano iterfectus eſt. Conſul Marcellus in Hetruria a Boiis oppreſſus magnam partem exercitus perdidit: cui poſtea Eurius cõſul alter auxilio acceſſit. atq; ita uniuerſã Boioꝝ gẽtẽ igni ferroq; uaſtãtes ꝓpemodũ uſq; ad nihilũ deleuerũt. Lucio Valerio Flacco Porcio Marco Catone cõſulibus Antiochus rex Syriæ bellũ cõ

tra populũ Romanũ iſtruẽs i Europã trãſiit ex Aſia. Tũc etiã Hãnibal ꝓpter excitã-di belli rumores: q de eo apud Romanos ferebant̃ exhiberi Romæ a ſenatu iuſſus clã ex Aphrica ꝓfectus ad Antiochũ migrauit: quẽ cũ apud Epheſũ iueniſſet mox cun-tantem in bellum impulit. Tunc etiam lex quæ ab Oppio tribuno plæbis lata fue-rat: ne qua mulier plus q̃ ſemunciam auri haberet: neue uerſicolori ueſtimẽto: nec ue hiculo p urbẽ uteret̃: poſt.xx.annos abrogata eſt. Publio Scipione Aphricano iterũ & Tito Sẽpronio Lõgo cõſulibus apud Mediolanũ.x.M. Galloꝝ cæſa: ſequẽti autẽ prælio.xi.millia Galloꝝ. Romanoꝝ uero.v.M.occiſa ſunt. Publius digitius prætor in Hiſpania citeriore pene omnẽ amiſit exercitũ. Marcus Fuluius prætor Celtiberos cum ꝓximis gẽtibus uicit: regẽque eoꝝ cæpit. Minutius a Liguribus i extremum pi-culum adductus & iſidiis hoſtium circumuẽtus uix Numidaꝝ eqtum iduſtria libe-ratus eſt. Scipio Aphricanus iter cæteros legatus ad Antiochum miſſus etiã cum Hã nibale colloqum familiare habuit. Sed iſecto pacis negocio ab Antiocho diſceſſit. In utraq; Hiſpania p Flaminium Fuluiumq; prætores bella multum horrida cruentaq; utriuſq; populi geſta ſunt. Porro Publio Cornelio Scipione & Marco Acilio Glabri one cõſulibus Antiochus q̃uis thermopylas occupaſſet: quaꝝ munimine tutior pro-pter dubios belli euẽtus fieret: tamẽ cõmiſſo bello a cõſule Glabrione ſupatus uix cũ paucis fugit e prælio. Epheſumq; ꝑuenit. Is habuiſſe fert̃ armatoꝝ.lx.M.ex quibus .xl.M.cæſa: capta autem plus q̃.v.M.referunt̃ fuiſſe. Alter cõſul Scipio cum Boioꝝ gẽte cõflixit: i quo prælio.xx.M.hoſtium iterfecit. Sequẽti anno Scipio Aphricanus habẽs i auxilio Eumenen Attali filium aduerſus Hãnibalẽ: q tunc Antiochi claſſi præ erat: bellum nauale geſſit. Antiochus uicto Hãnibale & in fuga acto: ſimulq; omni exercitu amiſſo pacẽ rogauit. filiũq; Aphricani: quẽ utꝝ explorãter: an i prælio cepiſ-ſet: incertum eſt: ultro remiſit. In hiſpania ulteriore Lucius Aemilius proconſul a Lu-ſitanis cum uniuerſo exercitu cæſus interiit. Lucius Bebius in Hiſpaniam proficiſcẽs a Liguribus circunuentus cum uniuerſo exercitu occiſus eſt: unde ne nuncium qui-dem ſuperfuiſſe conſtat. ut internitionem ipſam Romæ Maſſilienſes nunciare cura-uerint. Conſul Fuluius de Græcia in Gallogræciam: quæ nunc eſt Galatia tranſue-ctus ad Olympum montem peruenit: ad quem uniuerſi Gallogræci cum coniugi-bus & liberis confugerant. ibique acerbiſſimum bellum geſſit. Nanque de ſuperiori-bus locis ſagittis & ſaxis grandibus cæteriſque telis Romani grauiter contriti tãdem uſque ad congreſſum hoſtium proruperunt.xl.M.Gallogræcorum eo prælio inter-fecta referuntur. Martius conſul aduerſus Ligures profectus: ſuperatuſque quatu-or millia militum amiſit. & niſi uictus refugiſſet celeriter in caſtra: eandem interni-tionis cladem: quam Bebius dudum ab eiſdem hoſtibus acceperat: pertuliſſet. Mar-co Claudio Marcello Quinto Fabio Labeone conſulibus: Philippus rex qui lega-tos populi romani interfecerat: propter Demetrii filii ſui: quem legatum miſerat: ue-recũdiſſimas preces: ueniã meruit: eũdẽq; cõtinuo uelut romanis amicũ: ſuiq; ꝓditorẽ fratre quoq; ipſius ad parricidiũ fratris miniſtro: nihil de utroq; miſeꝝ mali ſuſpicãtẽ: ueneno necauit. Eodẽ ãno Scipio Aphricanus ab igrata ſibi urbe diu exulãs apud Li terniũ oppidũ morbo ꝑiit. Iiſdẽ etiã diebus Hãnibal apud Pruſiã Bithyniæ regẽ cũ a romanis repoſceretur: ueneno ſeſe necauit. Philopomenes dux Achiuoꝝ a Meſani-

ſs captus occiſus eſt ĩ Sicilia. Tũc Vulcani ĩſula:quæ ante nõ fuerat:repẽte mari edita cũ miraculo omniũ uſq; ad nũc manet. Q uintus Fuluius Flaccus prætor ĩ citeriore Hiſpania maximo prælio. xxiii. M. hominũ:fudit. quatuor millia cæpit Tiberius Sempronius Gracchus ĩ Hiſpania ulteriore. c. l. oppida uacuata quaſſataq; bellis ad deditionẽ coegit. Eadẽ tẽpeſtate & Lucius Poſthumius ĩ citeriore Hiſpania. xl. M. hoſtiũ bello ĩterfecit. Gracchus prætor ibidẽ iterũ. cc. oppida expugnauit & cæpit. Lepido & Mutio cõſulibus. Baſternarũ gẽs ferociſſima auctore Perſa Philippi filio:prædarũ ſpe ſollicitato:& trãſeũdi Iſtri fluminis facultate:ſine ulla pugna uel aliquo hoſte deleta eſt. Nã tunc forte Danubius:q & Iſter craſſa glacie ſupſtratus pedeſtrẽ facile trãſitũ patiebaẗ. Itaq; cũ ĩprouide toto & maximo ſimul agmine ĩæſtimabilis hominum:uel equorũ multitudo trãſiret:enormitate põderis & cõcuſſione gradiẽtium cõcrepãs gelu & glatialis cruſta diſſiluit uniuerſumq; agmẽ:qd diu ſuſtinuerat mediis gurgitibus uicta tãdẽ & cõminuta deſtituit. atq; eadẽ rurſus fragmẽtis ĩpediẽtibus ſupducta ſubmerſit. Pauci ex oĩ populo p utrãq; ripã uix ɔciſis euaſere uiſceribus. Publio Lycinio Craſſo & Gaio Caſſio lõgino cõſulibus Macedonicum bellum geſtum eſt:merito inter maxima bella referẽdum. Nã ĩ auxilio Romanorũ tota primum Italia: Deide Ptolemæus rex Aegypti & Ariarates Cappadociæ. Eumenes Aſiæ:& Maſaniſſa Numidiæ fuerunt. Perſen & Macedonas ſecuti ſunt Thraces cum rege Cothe. & uniuerſi cum rege Genitio Illyrii. Itaq; aduenieẽti Craſſo cõſuli Perſes occurrit. cõmiſſoq; prælio miſerabiliter uicti fugere Romani. Sequẽti pugna pene pari clade partis utriuſq; ĩ Hyberna diſceſſum eſt. Deide Perſes profligato multis præliis exercitu Romano in Illyriũ trãſgreſſus Sulcanũ oppidum defenſum præſidiis Romanis pugnãdo cæpit:ubi magnã Romanorũ præſidiorũ multitudinẽ partim occidit: partim ſub corona uẽdidit:partim ſecũ ĩ Macedoniã duxit. Poſtea cum eo Lucius Aemilius Paulus cõſul dimicauit:& uicit. Nã. xx. M. peditum ĩ eo prælio ĩterfecit. Rex cum eqtatu ſubterfugit:ſed cõtinuo captus atq; ĩ triumpho cum filiis ante currũ actus poſt apud Albã ĩ cuſtodia defecit. Filius eius iunior fabricã ærariã ob tolerãdã ĩopiã Romæ didicit:ibiq; cõſumptus eſt. Plurima præterea & ſatis diuerſis ꝓuentibus bella multarũ ubiq; gentium geſta ſunt:quæ breuitatis cauſa prætermiſi.

## ¶ Bella in Hiſpania geſta.

ANno ab urbe cõdita. dc. Lucio Lycinio Lucullo & Aulo Poſthumio Albino cõſulibus:cum oẽs Romanos ĩgẽs Celtiberorũ metus ĩuaſiſſet:& ex oibus nõ eſſet:q ire ĩ Hiſpaniã uel miles uel legatus auderet:Publius Scipio q poſtea Aphricanus eſt dictus:ultro ſeſe militaturũ ĩ Hiſpaniã obtulit:cũ tamẽ ĩ Macedoniã ſorte iã deputatus eẽt. Itaq; ꝓfectus ĩ Hiſpaniã magnas ſtrages gẽtium dedit. ſæpius etiã tã militis q̃ ducis uſus officio. Nã & barbarũ ꝓuocãtẽ ſingulariter cõgreſſus occidit. Sergius autẽ Galba prætor a Luſitanis magno prælio uictus eſt:uniuerſoq; exercitu amiſſo ipſe cum paucis uix elapſus euaſit. Eodẽ tẽpore cẽſores theatrũ lapideum ĩ urbe cõſtrui cenſuerunt:qd ne tunc fieret:Scipio Naſica grauiſſima oratione obſtitit:dicens inimiciſſimum hoc fore bellatori populo:ad nutriendam deſidiam laſciuiamque cõmentum. Adeoque mouit ſenatum:ut non ſolum uẽdi omnia theatro cõparata iuſſerit: ſed etiã ſubſelia ludis poni ꝓhibuerit. Q uãobrem intelligãt noſtri qui

bus q̄cq̄d extra oblectamentum libidinis occurrit: offenſio eſt: ꝓpter hoc ꝙ ſe īfirmiores eſſe hoſtibus ſuis ipſi ſentiūt. & fateant̄ theatra accuſanda nō tempora, nec blaſphemandū deū ueꝝ ſolū: q uſq; nūc ea ꝓhibet: ſed abominandos deos: uel dæmones ſuos q iſta petiuerūt: profundo ſiqdē ſatis malignitatis ſuæ argumento: tale ſacrificiū flagitātes: quo nō magis fuſo cruore pecudū: q ꝓfligata uirtute hominū paſcerentur Nā utiq; tūc nec hoſtes: nec fames: nec morbi: nec prodigia deerant: imo tūc plurima erāt: ſed theatra nō erāt: i qbus qd̄ īcredibile dictu eſt: ad aram luxuriæ uirtutū uictimæ trucidant̄. Carthaginenſibus aliquando uiſum eſt homines imolare. ſed male præſumpta perſuaſio breui prætermiſſa eſt. A Romanis uero exactum eſt: ut ſemetipſos perditioni īpēderēt. Factū eſſe ſic fatent̄: & clamant: ut fiat: q ꝓ mactāda gregis ſui pecude fortaſſe offenderent̄: & ꝓ iterficiēda cordis ſui uirtute lætant̄. Quin potius Naſicæ erubeſcāt: q chriſtianis exprobādū putant. & nō nobis de hoſtibus quos ſemper habuerūt. ſed illi de theatro: qd̄ haberi ꝓhibuerat: conquerant̄. Igit̄ i Hiſpania Sergius Galba prætor Luſitanos citra Tagū flumē habitātes cū uolūtarios i deditionē recepiſſet: ꝑ ſcelus interfecit. Simulans enim de commodis eoꝝ ſe actuꝝ fore: a circūpoſitis militibus cūctos inermes incautoſq; proſtrauit: quæ res poſtea uniuerſæ Hiſpaniæ propter Romanoꝝ perfidiam cauſa maximi tumultus fuit.

¶ Iteꝝ bellū terribile ortū eſt in Hiſpania.

ANno ab urbe cōdita. dc. ii. Lucio Cenſorino & Marco Manlio cōſulibus tertiū Punicū bellū exortū eſt. Igit̄ cū ſenatus delendā Carthaginē cenſuiſſet: profecti i Aphricā cōſules & Scipio tunc tribunus militū ꝓpe Vticā maioris Aphricani caſtra tenuerunt. Ibi Carthaginenſibus euocatis iuſſiſq; ut arma & naues traderēt nec moratis tāta uis armoꝝ repēte tradita eſt: ut facile tota ex his Aphrica potuiſſet armari. Sed Carthaginēſes poſtq̄ arma tradiderūt & relicta urbe ſecedere ꝓcul a mari. x. M. paſſuū iuſſi ſunt: dolorē ad deſperationē cōtulerūt: aut defenſuri ciuitatē: aut cū ipſa ꝑ ipſam ſepeliēdi: duceſq; ſibi duos creauerūt Hadrubales: armaq; primum facere aggreſſi æris ferriq; īopiam auri & argēti metallis ſuppleuerūt: cōſules oppugnare Carthaginē ſtatuūt: cuius ſitus huiuſmodi fuiſſe dicit̄. Vigintiduo millia paſſuū muro amplexa tota mari pene cingebat̄ abſq; faucibus: quæ. iii. M. paſſuū aperiebant̄. Is locus muꝝ. xxx. pedes latū habuit ſaxo quadrato ī altitudine cubitoꝝ. xl. Arx: cui Byrſæ nomē erat: paulo amplius q̄. ii. M. paſſuum tenebat. Ex una parte murus cōmunis erat urbis & Byrſæ: iminēs mari: quod mare ſtagnū uocabant: quoniā obiectu protentæ linguæ trāqllat̄. Cōſules igit̄ q̄uis aliquātam muri partem quaſſatam machinis diruiſſent: tamen a Carthaginenſibus uicti ac repulſi ſunt: quos fugientes Scipio repulſo intra muros hoſte defendit. Cenſorinus in urbem rediit. Mālius omiſſa Carthagine ad Haſdrubalem arma conuertit: Scipio maſaniſſa mortuo inter maſaniſſæ filios tres Numidiæ regnum diuiſit: quocirca Carthaginem reuerſo Manlius Tezagam urbem expugnauit atque diripuit. Duodecim. M. ibi Aphrorum cæſa. ſex. M. capta ſunt. Haſdrubal Pœnorum imperator Maſaniſſæ nepos ſubſeliorum fragmentis in curia a ſuis propter ſuſpitionem proditionis occiſus eſt. Iuuēcius prætor in Macedonia aduerſus Pſeudo philippum congreſſus cum maxima clade totius romani exercitus interfectus eſt.

¶ Tertium bellum punicum actum eſt.

ANno ab urbe cōdita.dc.vi.ideſt anno.l.poſt bellū punicū ſecūdū Cneo Cor
nelio & Lentulo Lucio Mūmio conſulibus Publius Scipio ſuperioris anni
cōſul delere Carthaginē ſuprema ſorte molitus Cothonē igredit᷑:ubi dū ſex
ꝯtinuis diebus ac noctibus pugnat᷑:ultima Carthagineſes d̄ſpatio traxit ad deditionē
petētes:ut quos belli clades reliquos fecit:ſaltē ſeruire liceat.Primū agmē mulierꝫ ſatis
miſerabile: poſt uiroꝝ magis deforme deſcēdit.Nā fuiſſe mulierꝫ.xxv. M.uirorum
xxx.M.memoriæ traditū ē.Rex Haſdrubal ſe ultro dedit.Trāſfugæ:q Aeſculapii tē
plū occupauerāt uolūtario præcipitio dati igne cōſumpti ſunt.Vxor Haſdrubalis ſe
duoſqꝫ filios ſecū uirili dolore & furore fœmineo i mediū iecit īcēdiū:eūdē nūc mortis
exitū faciens nouiſſima regina Carthaginis:quē quondā prima feciſſet.Ipſa aūt ciui
tas decē & ſeptē diebus cōtinuis arſit:miſerūqꝫ ſpectaculum de uarietate conditionis
humanæ uictoribus ſuis præbuit.Diruta eſt autē Carthago omni mirabili lapide in
puluerē cōminuto.dcc.poſt anno quo cōdita erat.Multitudo omnis captiuoꝝ exce-
ptis paucis pricipibus uenundata eſt.Ita.iiii.poſtq̄ cœptum fuit anno:bellum Puni
cum tertium terminatum eſt.Sed mihi quālibet ſtudioſe quærenti:ueruntamen ho
mini tardioris igenii nuſquā omnino cauſa belli Punici tertii:quā itantum Carthago
accenderit:ut iuſte euerti decerneretur:eluxit.Illudque me uel maxime mouet: ꝙ ſi
ita:ut in ſuperioribus bellis euidens in aſſurgentem cauſa & dolor accendebat: con-
ſultatione non opus erat.At uero cum alii Romanorum propter perpetuam Romæ
ſecuritatem delendam eſſe decernerent.alii uero propter perpetuam Romanæ uir-
tutis curam:quam ſibi ſemper ex ſuſpitione æmulæ urbis īpenderent:ne uigor ro-
manus bellis ſemper exercitus i languidam ſegniciem ſecuritate atqꝫ ocio ſolueretur
incolumen Carthaginem ſtatui ſuo permittendam eſſe cenſerent:cauſam non ex in-
iuria laceſſentium Carthaginenſium:ſed ex inconſtantia torpeſcentium Romanoꝝ
ortam inuenio. Quod cum ita ſit:cur chriſtianis temporibus imputant hebetatio-
nem ac rubiginem ſuam:qua foris craſſi:intus exeſi ſunt:qui porro ante.dc. fere an-
nos:ſicut ſui timentes prudenteſque prædixerant cotem illam magnam ſplendoris
& acuminis ſui Carthaginem perdiderunt.Itaque finem uolumini faciam:ne forſi-
tan collidendo uehementius:diſcuſſa ad tempus rubigine:ubi neceſſarium acumen
elicere non poſſum ſuperuacuam aſperitatem inueniam:q̄q̄ obuiantem aſperitatem
nequaquam expaueſcerem:ſi interioris ſpem acuminis inuenirem.

¶ Pauli Oroſii in quintum hiſtoriarum librum præfatio.

SCio aliquantos poſt hæc deinceps permoueri poſſe quod uicto
riæ Romanæ multarum gentium & ciuitatum ſtrage crebreſcunt
q̄q̄ ſi diligenter appendant:plus damni inuenient accidiſſe:q̄ com-
modi. Neque enim paruipendenda ſunt tot bella ſeruilia: ſoci-
alia:ciuilia fugitiuorum: nullorum utique fructuum & magna-
rum tamen miſeriarum. Sed conniueo:ut quemadmodum uo-
lunt:ita fuiſſe uideatur:unde arbitror eſſe dicturos. Ecquid his temporibus bea-
tius: quibus continui triumphi: cælebres uictoriæ: diuites prædæ:nobiles pompæ:
magni ante currus reges:longo ordine uictæ gentes agebantur? Quibus bre-

uiter reſpondebitur:& ipſos de temporibus ſolere cauſari:& nos pro eiſdē tēporibus īſtituiſſe ſermonē:quæ tēpora nō uni tātū urbi attributa:ſed orbi uniuerſo cōſtat eſſe cōmunia.Ecce q̄ fœliciter Roma uicit:tā īfœliciter qcqd extra Romā eſt uicit̄.Q uā ti igit̄ pēdēda eſt gutta hæc laborioſæ fœlicitatis:cui aſcribit̄ unius urbis beatitudo in tāta mole īfœlicitatis:p quā agit̄ totius orbis euerſio? Aut ſi ideo fœlicia putātur: qa unius ciuitatis opes auctæ ſunt:cur nō potius īfœliciſſima iudicētur q̄bus miſerabili uaſtatōe multaꝝ ac bene īſtitutaꝝ gētiū potētiſſima regna ceciderūt? An forte aliud tunc Carthagini uidebat̄:cum poſt annos.c.xx.qbus modo belloꝝ clades:modo pa cis cōditōes perhorreſcens nunc rebelli ītētōe:nunc ſuppliciter bellis pacē:nunc pace mutabat bella? Nouiſſimeq̄ miſeris ciuibus paſſim ſe ī ignē ultima deſperatōe iaciē tibus:unus rogus tota ciuitas fuit:cui etiā nunc ſitu paruæ:mœnibus deſtitutæ pars miſeriaꝝ eſt audire:qd fuerit.Edat Hiſpania ſententiā ſuam:cum per annos.cc.ubiq̄ agros ſuos ſanguine ſuo rigabat:īportunumq̄ hoſtē ultro hoſtiatim īquietātē nec re pellere poterat nec ſuſtinere:cum ſe quiq̄ diuerſis urbibus ac locis fracti cæde belloꝝ obſidionum fame exinaniti:īterfectis cōiugibus:ac liberis ſuis ob remedia miſeriaꝝ cōcurſu miſero ac mutua cæde iugulabāt.Q uid tūc de ſuis tēporibus ſentiebat:ipſa poſtremo dicat Italia:cur p annos.cccc.Romanis utiq̄ ſuis cōtradixit.obſtitit.repu gnauit:ſi eoꝝ fœlicitas:ſua īfœlicitas nō erat.Romanoſq̄ fieri reꝝ dominos bonis cō munibus nō obſtabat.Nō reqro de inumeris diuerſaꝝ gētiū populis diu antea libe ris tūc bello uictis:patria abductis:precio uēditis:ſeruitute diſpſis:qd tūc ſibi malue rint:qd de Romanis opinati ſint:qd de tēporibus iudicarint.Omitto de regibus ma gnaꝝ opū:magnaꝝ uiriū:magnæ gloriæ diu potētiſſimis:aliquando captis:ſeruiliter catenatis:ſub iugū miſſis:ante currū actis:ī carcere trucidatis:quoꝝ tā ſtultū eſt exq rere ſentētiā:q̄ duꝝ nō dolere miſeriā.Nos:nos īquā ipſos,uitæq̄ noſtræ electionem: cui acqemus cōſolamur.Maiores noſtri bella geſſerūt.bellis fatigati pacē petētes tri buta obtulerūt.Tributum precium pacis eſt.Nos tributa pendimus:ne bella patia mur.ac per hoc in portum ad quem illi tandem pro euadendis malorum tempeſtati bus confugerunt.nos conſiſtimus:& manemus.Igitur noſtra tempora uiderimus: utrum fœlicia.certe fœliciora illis ducimus.q̄:quod illi ultimo delegerunt :nos con tinue poſſidemus.Inquietudo enim bellorum:qua illi attriti ſunt:uobis ignota eſt:in ocio autem:quod illi poſt imperium Cæſaris natiuitatemque chriſti tenuiter guſta uerunt:nos naſcimur.& ſeneſcimus.quod illis erat debita penſio ſeruitutis:nobis eſt libera collatio defenſionis. Tantumque intereſt inter præterita præſentiaque tem pora:ut quod Roma ī uſum luxuriæ ſuæ ferro extorquebat a noſtris:nunc ī uſum cō munis reipublicæ cōferat ipſa nobiſcum.Aut ſi ab aliquo dicit̄:tolerabiliores parēti bus noſtris romanos hoſtes fuiſſe: q̄ nobis Gothos eſſe :audiat & intelligat quam to aliter : q̄ circa ſeipſum agitur : ſibi eſſe uideatur. Olim cum bella toto orbe fer uebant:quæque prouincia ſuis regibus:ſuis legibus:ſuiſque moribus utebatur: nec erat ſocietas affectionum:ubi diſſidebat diuerſitas poteſtatum.Poſtremo ſolutas & barbaras gentes quis tādem ad ſocietatem adduceret:quas diuerſis ſacrorum ritibus īſtitutas etiam religio ſeparabat? Si quis igitur tunc acerbitate maloꝝ uictus patriā cum hoſte deſeruit:quem tandem ignotum locum ignotus adiit? Q ua gentē gene

taliter hoſtē hoſtis orauit. Cui ſe cōgreſſu primo credidit: nō ſocietate nominis iuitatus: nō cōmunione iuris adductus: nō religionis unitate ſecurus. An paꝝ exēpli dederūt Buſiris i Aegypto peregrinoꝝ iſœliciter icurrētiū ipiiſſimus imolator. Crudeliſſimaq; circa aduenas Dianæ Tauricæ litatura: ſed magis crudelia ſacra Thraciæ cū Polyneſtore ſuo uſq; ad ꝓpinquos hoſpites ſcelerata. & ne antiqtatibus uidear imorari: teſtis eſt Roma de Pompeio iterfecto. teſtis eſt Aegyptus de iterfecto Ptolemæo. Mihi aūt prima qualeſcūq; motus perturbatōe fugiēti: de cōfugiendi ſtatione ſecuro ubiq; pr̄ia ubicq; lex & religio mea ē. nūc me Aphrica tā libēter excepit: q̄ ɔfidēter acceſſi. Nūc me iquā iſta Aphrica pace ſimplici excepit ſinu proprio iure cōmuni. de qua aliquando dictū: & uere dictū eſt. hoſpitio prohibemur harenæ: bella cient. primaq; uetant conſiſtere terra. Nunc ultro ad ſuſcipiendos ſocios religionis & pacis ſuæ beniuolum late gremium pandit: atq; ultro feſſos: quos foueat: inuitat.

¶ Per fidem chriſtianam ubiq; ſecurum eſſe peregrinum.

LAtitudo oriētis: ſeptētrionis copioſitas: meridiana diffuſio magnaꝝ iſularū largiſſimæ tutiſſimæq; ſedes mei iuris & nominis ſunt: quia ad chriſtianos & Romanos Romanus & chriſtianus accedo. Nō timeo deos hoſpitis mei nō timeo religionē eius nece mea. nō habeo talē quē pertimeſcā locū: ubi & poſſeſſori liceat perpetrare quod uelit: & peregrino nō liceat adhibere: quod conuenit ubi ſit ius hoſpitis: quod meū nō ſit. Vnus deus: qui tēporibus: quibus ipſe inoteſcere uoluit hanc regni ſtatuit unitatē: ab omnibus & diligitur & timetur. Eædē leges quæ uni deo ſubiectæ ſunt: ubiq; dominātur. ubicūq; ignotus acceſſeto: repētinā uim: tanq̄ deſtitutus non pertimeſco. Inter Romanos ut dixi: Romanus. iter chriſtianos chriſtianus: iter homines homo legibus iploro rēpublicā: religione cōſciētiā: cōmunione naturā. utor tēporarie omni terra quaſi patria: quia: quæ uera eſt. & illa quā amo: patria i terra penitus non eſt. Nihil perdidi: ubi nihil amaui: totūq; habeo: quod do: Quē diligo: mecū eſt. maxime: quia & apud omnes idē eſt: q me nō modo notū oibus: ueꝝ & ꝓximū facit: nec egentē deſerit: qa ipſius eſt terra & plenitudo eius: ex qua oibus oia iuſſit eſſe cōmunia. Hæc ſunt noſtroꝝ tēpoꝝ bona: quæ i totū uel i trāqllitate præſentiū: uel i ſpe futuroꝝ uel i præfugio cōmuni nō habuere maiores. ac ꝑ hoc iceſſabilia bella geſſerūt: qa mutādaꝝ ſediū cōmunione nō libera ꝑſiſtēdo i ſedibus ſuis aut iſœliciter necati ſunt: aut turpiter ſeruierunt. Quod clarius promptiuſq; ipſis ueteꝝ geſtis ꝑ ordinē explicatis aperiet. Anno ab urbe cōdita ſexcēteſimo ſexto: hoc eſt eodē anno: quo & Carthago deleta eſt: Gneo Cornelio Lētulo & Lucio Mūmio conſulibus ruinam Carthaginis euerſio Corithi ſubſecuta eſt: quarum potētiſſimarum urbium paruo unius tēporis iteruallo ꝑ diuerſas mūdi partes miſerabile colluxit icendiū. Nā cū Metellus prætor Acheos Boetioſq; duobus bellis hoc eſt primo apud thermopylas: iteꝝ i Phoceis deuiciſſet quoꝝ priore bello occiſa eſſe. xx. M. ſecūdo. vii. M. cæſa Claudius hiſtoricus refert. Valerius Antias i Achaia pugnatū eſſe. &. xx. M. Acheoꝝ cū duce ſuo Dieuo cecidiſſe confirmat. Polybius uero Achiuus q̄uis tūc i Aphrica cū Scipione fuerit: tamē qa domeſticā cladē ignorare nō potuit: ſemel i Achaia pugnatū Critolao duce aſſerit. Dieuū uero adducētē ex Arcadia milites ab eodem Metello prætore oppreſſum cū exercitu docet. Sed de uarietate diſcordantium hiſtoricorū

aliquãta iã diximus:quoꝝ ſufficiat detecta hæc & male nota mẽdacioꝝ nota. quare paꝝ credẽdũ eſſe i cæteris euidẽter oſtẽdũt:q i his quoq; quæ ipſi uiderũt:diuerſi ſunt Igit͛ poſt extĩcta totius Achaiæ præſidia:deſtitutaꝝ urbiũ euerſionẽ metello prætore meditãte cõſul Mũmius repẽtinus cũ paucis uenit i caſtra:q dimiſſo ſtatim metello Corithũ ſine mora expugnauit:urbẽ toto tũc orbe lõge omniũ opulẽtiſſimã:qppe quæ uelut officina oĩum artificũ atq; artificioꝝ & emporiũ cõmune Aſiæ atq; Europæ:p multa retro ſæcula fuit.Permiſſa crudeliter etiã captiuis prædãdi licẽtia:ſic oĩa cædibus ignibuſq; cõpleta ſunt:ut de muroꝝ ambitu quaſi e camino i unũ apicẽ coartatũ exũdaret icẽdiũ.Itaq; plurima parte populi ferro flãmiſq; cõſumpta reliqua ſub corona uẽdita eſt. Vrbe icẽſa muri funditus diruti ſunt.Muralis lapis i puluerẽ redactus.præda igẽs erepta eſt.Sane cũ ꝓpter multitudinẽ & uarietatẽ ſtatuarũ ſimulacroruq; i illo ciuitatis icẽdio ꝑmixta i unũ auri argenti atq; æris oĩa ſimul metalla fluxiſſent:nouũ genus metalli factũ eſt. Vnde uſq; i hodiernũ diẽ ſiue ex ipſo ſiue ex imitatõe eius æs Corithiũ:ſicut memoriæ traditũ eſt:& Corinthia uaſa dicũtur.

¶ Iterũ bella grauia ſurrexiſſe i Hiſpania.

Iiſdẽ cõſulibus Viriatus in Hiſpania genere Luſitanus:homo paſtoralis & latro primũ iſeſtãdo uias:deĩde uaſtãdo ꝓuĩcias:poſtremo exercitus prætorũ & cõſulũ Romanorũ uĩcẽdo fugãdo:ſubiiciendo maximo terrori Romanis oĩbus fuit.Siqdẽ Iberũ & Tagũ maxima & diuerſorũ locoꝝ flumina late trãſgrediẽti & ꝑuagãti Gaius Vecilius prætor occurrit:cõtinuo cæſo uſq; ad internitionem pene omni exercitu ſuo uix ipſe prætor cũ paucis fuga lapſus euaſit.Deide Gaiũ Plautium prætorẽ idẽ Viriatus præliis multis fractũ fugauit.Poſt etiã Claudius Vnimãnus cũ magno apparatu belli inſtructi contra uiriatum miſſus quaſi pro abolenda ſuperiore macula:turpiorem auxit:ipſe infamiam.Nam congreſſus cum Viriato uniuerſas quas ſecum deduxerat:copias:maximaſq; uires Romani exercitus amiſit. Viriatus trabeas faſces:cæteraq; iſignia Romana i mõtibus ſuis trophea præfixit.Eodẽ tẽpore ccc.Luſitani cum.M.Romanis in quodam ſaltu contraxere pugnam:in qua.lxx.Luſitanos:Romanos autem.ccc.xx.cecidiſſe Claudius refert.Et cum uictores Luſitani ſparſi ac ſecuri abirent:unus ex his longe a cæteris ſegregatus cum circunfuſis equitibus pedes ipſe deprehenſus unius eorum equo lãcea perfoſſo ipſius equitis ad unũ gladii ictum caput deſecuiſſet:ita omnes metu perculit:ut proſpectantibus cunctis ipſe contemptim atq; ocioſus abſcederet.Appio Claudio Q uinto:Cæcilioque Metello conſulibus Appius Claudius aduerſus Salaſcos Gallos congreſſus & uictus.x.M.militũ perdidit.Reparata pugna.v.M.hoſtium occidit ſed cum iuxta legẽ qua conſtitutum erat ut quiſquis quinque millia hoſtiũ peremiſſet: triumphandi haberet poteſtatem.iſte quoq; cum triumphum expectaſſet:propter damna uero ſuperiora non impetrauiſſet:infami impudentia atq; ambitione uſus priuatim:cum tribus triumphauit Lucio Cæcilio Metello & Fanio Maximo Seruiliano conſulibus inter cætera prodigia Androgynus Romæ uiſus iuſſu haruſpicum in mare merſus eſt.ſed nihil impie expiationis procuratio profecit.Nam tanta ſubito peſtilentia exorta eſt:ut miniſtri quoq; faciendorum funerum primum non ſufficerent:deinde nõ eſſent.itaque magnæ domus uacuæ uiuis:plene mortuis remanſerunt.largiſſimæ in

troꝛſum hæreditates.& nulli penitus hæredes.Deide iã nõ ſolũ ĩ urbe uiuẽdi:ſed etiam appropiquãdi ad urbẽ negabat̃ facultas. Tã ſæui p totã urbẽ tabeſcẽtiũ ſub tectis:atq; in ſtratis ſuis cadauerũ putores exalabant̃.Expiatio illa crudelis & uiã mortibus hominum morte hoĩs ĩſtruẽs:tãdẽ Romanis ĩter miſerias erubeſcẽtibus:q̃ miſera & uana eſſet inotuit.Ante enim ĩ ſuffragium præueniẽdæ cladis eſt habita:& ſic peſtilẽtia ſubſecuta eſt:quæ tamẽ ſine ullis ſacrificioꝝ ſatiſſactionibus tãtũmodo ſecũdũ mẽſurã arcani iudicii expleta correptõe ſedata eſt:quã ſi artifices illi circũuẽtionũ aruſpices ſub ipſa:ut aſſolẽt:declinatõe morboꝝ forte cælebraſſent:ꝓculdubio ſubſidiis & ritibus ſuis reductæ ſanitatis gloriã uẽdicaſſent.Ita miſera & ad ſacrilegia male religioſa ciuitas mẽdaciis:qbus liberari nõ poterat:eludebat̃.Igit̃ Fabius cõſul contra Luſitanos & Viriatũ dimicãs Bacciã oppidũ:qđ uiriatus obſidebat:depulſis hoſtibus liberauit:& ĩ deditionẽ cũ plurimis aliis caſtellũ recæpit.Fecit facinus etiã ultimis barbaris Scythiæ:nõ dicã Romanæ fidei & moderatõi execrabile.Q uĩgẽtis enim principibus eoꝝ quos ſocietate inuitatos deditionis iure ſuſceperat:manus præcidit.Põpeius ſequẽtis anni conſul fines Numantinorum ingreſſus:accepta maxima clade diſceſſit:nõ ſolũ exercitu pene omni ꝓfligato:ueꝝ etiã plurimis nobiliũ q eius militiæ aderãt:itereptis.Viriatus aũt cũ p.xiiii.annos Romanos duces atq; exercitus ꝓtriuiſſet:ĩſidiis ſuoꝝ iterfectus eſt:ĩ hoc ſolo romanis circa eũ fortiter agentibus:qꝛ percuſſores eius ĩdignos præmio iudicarunt.At ego nõ modo nunc:ueꝝ etiã ſæpe ĩtertexere oriẽtis illa ĩextricabilia bella poterã:quæ raro unq̃ niſi ſceleribus aut ĩcipiunt:aut terminant̃.ſed romanoꝝ:cũ qbus nobis actio eſt tãta ſunt ut iure faſtidiant̃ aliena.Mithridates tunc ſiqdẽ rex Parthoꝝ ſextus ab Arſace:uicto Demetrio præfecto Babyloniã urbẽ:fineſq; eius uniuerſos uictor iuaſit.Oẽs præterea gẽtes:quæ ĩter Hidaſpem fluuium & Indum iacẽt:ſubegit.Ad Indiã quoq; cruẽtum extẽdẽs ĩperium Demetriũ ipſum ſibi ſecundo bello occurrẽtẽ & uicit:& cæpit.quo capto Diodotus qdam cum Alexãdro filio regnum eius & regium nomẽ uſurpauit:q poſtea ipſum Alexãdrum filium:quẽ participẽ piculi ĩ puadẽdo regno habuerat:ne ĩ obtinẽdo cõſortẽ haberet occidit.Marco Aemilio Lepido & Gaio Hoſtilio Mãcino cõſulibus ꝓdigia apparuere diuerſa.& quantum in ipſis fuit ex more curata ſunt.ſed non ſemper aucupatoribus euẽtuũ & ſtructoribus fallaciaꝝ haruſpicibus opportuni caſus ſuffragant̃.Nãq; Mãcinus cõſul poſtq̃ a Popilio apud Numãtiã ſuſcepit exercitum:adeo prælia infœliciter cuncta geſſit.atq; in id ſuprema deſperatõe ꝑductus eſt.ut turpiſſimum fœdus cũ Numãtinis iiſdẽ facere cogeret̃:quis & Põpeius iã aliud æque in famæ fœdus cum iiſdẽ Numãtinis paulo ante pepigiſſet.Senatus diſſoluit fœdus.& Mancinum tradi præcepit Numãtinis:q nudato corpore:manibus poſt tergum reuĩctis ante portas Numãtinoꝝ eſt expoſitus.Ibiq; uſq; ĩ noctẽ manẽs:a ſuis deſertus:ab hoſtibus autem nõ ſuſceptus lachrymabile utriſq; ſpectaculum præbuit.

¶ Q uod falſa numina ſibi uſurparunt Romani.

EXclamare hoc loco dolor exigit:cur falſo uobis Romani magna illa numina iuſticiæ ac fidei fortitudinis & miſericordiæ uẽdicatis? A Numãtinis hæc uerius diſcite.Fortitudine opus fuit.pugnãdo uicerunt.Fides exigebat̃:credẽtes aliis ſecundum ſe:q uos occidere potuerãt:pacto fœdere dimiſerunt.Iuſticia ꝓbã

da'erat. ꝓbauit eã uel tacitus ſenatus:cũ iidẽ Numãtini ꝑ legatos ſuos aut inuiolatam
pacẽ ſolã:aut oẽs quos pignore pacis accepto uiuos dimiſerãt:repoſcebãt. Miſericor
dia examinãda uidebať. ſatis documẽti dederũt uel emittẽdo ad uitã inimicũ exerci
tũ:uel ad pœnã nõ recipiẽdo Mãcinũ. Mãcinus ne rogo dedẽdus fuit:q uicti exerci-
tus ĩpẽdẽtem trucidationẽ prætẽtu boni pacti fœderis diſpulit? Qui periclitãtes pa-
triæ uires ĩ meliora tẽpora reſeruauit? At ſi diſplicuit fœdus quod pactum eſt cur mi-
les hoc pignore redẽptus:aut cum reuerteretť receptus eſt : aut cum repeteretť reddi-
tus nõ eſt? At ſi placuit ſeruati militis qualiſcunqꝫ ꝓuiſio:cur Mãcinus q hoc pepigit
ſolus deditus fuit? Nuꝑ Varro:ut ꝑpropera pugna iniretť :collegã Paulum obluctã-
tem ĩpulit. trepidãtẽ præcipitauit exercitum:ĩfœlices copias apud ĩfames illas Roma
nis cladibus Cãnas nõ diſpoſuit certamini. ſed oppoſuit morti plus q̃. xl. M. ibi militũ
romanorꝫ ſola ĩpatiẽtia ſua:de qua ſibi uictoriã iam dudum Hannibal præſumebat:
amiſit. Collega etiã Paulo quotãdẽ uiro perdito nouiſſime ĩ urbem pene ſolus ĩpu-
dentiſſime redire auſus meruit ĩpudentiæ ſuæ præmium. Nam gratiæ ei:qđ de repu-
blica nõ deſperaſſet:quã tamen ipſe fecerat deſperatam:publicæ in ſenatu actæ ſunt.
Porro autem Mãcinus q ſorte bellica circunuentum exercitum ne ꝑderet:laborauit
ab eodẽ ſenatu deditõe dãnatus eſt. Scio Romanis & illud ĩ Varrone diſplicuiſſe. ſed
tẽpori cõceſſũ eſt. & hoc ĩ Mãcino placuit:ſed ſecũdũ tẽpus præſumptũ eſt:atqꝫ ideo
ab initio ꝑfeciſtis:ut nec ciuis cõſulat cõuenieẽter ĩgratis. nec hoſtis fideliter credat ĩfi-
dis. Interea Brutus ĩ iteriore Hiſpania. lx. M. Gallogræcorꝫ:q Luſitanis auxilio uene-
rãt:aſprimo bello & difficili:quãuis ĩcautos circũueniſſet:oppreſſit : quorꝫ ĩ eo prælio
.L. M. occiſa. ſex. M. capta referunť pauci fuga euaſerũt. In citeriore Hiſpania Lepi-
dus ꝓcõſul Vacceos inoxiã gentem & ſupplicem & ſenatu ꝓhibente ꝑtinaciter expu
gnare tẽtauit. Sed mox accepta clade grauiſſima improbæ ꝑtinaciæ pœnas luit. ſex
M. qppe Romanorꝫ ĩ hoc iniuſto bello iuſtiſſime cæſa ſunt reliq exuti caſtris:armis
etiam ꝑditis euaſerũt. Nec minus turpis hæc ſub Metello clades:q̃ ſub Mãcino fuit:
quare nũc ſibi hæc tẽpora loco fœlicitatis aſcribãt nõ dico Hiſpãi tot pulſati fatigatiqꝫ
bellis. ſed ipſi Romani tã cõtinuis ſubacti cladibus totiẽſqꝫ ſuperati ut nõ exprobrem
quot prætores eorꝫ:quot lagati:quot cõſules:quot legiones:quãtiqꝫ exercitus cõſum-
pti ſunt. Illud ſolũ reuoluo quãta fuerit timoris amẽtia. Miles romanus hebetatus:ut
iã nec ad experimẽtũ qdem belli cohibere pedem:atqꝫ affirmare aĩum poſſet. ſed mox
cõſpecto Hiſpano ſpecialiter hoſtem diffugiens:uinci ſe pene prius crederet:q̃ uideri
Quo argumento patet apud utroſqꝫ miſera illa tempora iudicata:cũ & Hiſpani & ſi
uicere poterãt:inuiti tamẽ deſererẽt ocia ſua dulcia & bella externa tolerarẽt:& Roma
ni quãto ĩpudẽtius alienæ quieti ſeſe ĩgererent:tanto turpius uincerentur.

¶ In urbe Roma puerum natum nouum monſtrum. & in Sicilia montem Aetnam
uaſtos ignes eructaſſe.

SEruio Fuluio Flacco & Quito Calphurnio Piſone cõſulibus Romæ puer
ex ancilla natus eſt quadrupes :quadrimanus:oculis. iiii. auribus totidem :
natura uirili duplex. In Sicilia mons Aetna uaſtos ignes eructauit ac fudit:
qui torrentum modo per præcipites prona:proxima quæqꝫ corripientibus exuſſere
flammis. longinquiora autem fauillis calidis cum uapore graui late uolitantibus tor-

ruerũt:quod Siciliæ ſemꝑ uernaculũ genus mõſtri nõ portẽdere malũ aſſolet.ſed iſer re.In Bononiẽſi agro fruges ĩ arboribus natæ ſunt.Igiť ĩ ſicilia bellũ ciuile ortũ eſt:qđ adeo graue & atrox multitudine ſeruoꝝ tũc ad arma iſtructoꝝ copiaq; & magnitu dine uirium fuit:ut non dicam prætores Romanos:quos penitus profligauit.ſed cõ ſules quoque terruerit. Nam ſeptuaginta millia ſeruorum tum in arma conſpiran tium fuiſſe referuntur:excepta urbe Meſana:quæ ſeruos liberaliter habitos in pace continuit. Cæterum ſicilia in hoc quoque miſerior eſt:quia inſula:& nunq̃ erga pa ctũ ſuũ iuris idonea nũc tyrãnis ſubiecta:nũc ſeruis:uel illis dominatu ĩprobo exigen tibus ſeruitutẽ:uel iſtis præſumptione peruerſa cõmutãtibus libertatẽ:maxime quia clauſa undiq; mari egerere foras nõ facile poteſt ĩteſtinũ malũ. Viperinã q̃ppe cõce ptionẽ perditionis ſuæ aluit:ſua libidine auctã:ſua morte uicturã.In hac aũt ſeruilis tumultus excitatus:quanto rarior cæteris:tanto truculentior eſt:quia intentione cõ mouetur libera multitudo:ut patriam augeat:ſeruilis:ut perdat.

¶ Scipio conſul creatus Numantiam deleuit.

ANno ab urbe cõdita.dc.xx.cũ maior pene ĩfamia de fœdere apud Numãtiã facto:q̃ apud Caudinas quondã furculas pudorẽ Romanæ frõtis oneraret: Scipio Aphricanus cõſenſu omnium ex tribuno cõſul creatus:atq; ad expu gnãdã Numãtiã cũ exercitu miſſus ẽ.Numãtia aũt citerioris Hiſpaniæ haud ꝓcul a Vacceis & Cãtabriſ ĩ capite Gallatiæ ſita ultima Celtiberoꝝ fuit:hæc ꝑ ãnos.xiiii.cũ ſolis.iiii.M.ſuoꝝ.xl.M.Romanoꝝ nõ ſolũ ſuſtinuit:ſed etiã uicit.pudẽdiſq; fœderi bus affecit.Igiť Scipio Aphricanus Hiſpaniã igreſſus nõ ilico ſe igeſſit hoſtibus:ut quaſi ĩcautos circũueniret ſciẽs nũq̃ id genus hoĩum adeo ĩ ociũ corpore atq; aĩo re ſolui:ut nõ ipſa qualitate habitudinis ſuæ apparatus alioꝝ præcelleret.ſed aliquãdiu militẽ ſuũ ĩ caſtris ueluti ſcholis exercuit.Et cũ partim æſtatis totãq; hyemẽ:ne attẽta ta quid pugna trãſegiſſet:ſic quoq; paꝝ ꝓpemodũ hac ꝑfecit iduſtria.Nãq; ubi co pia pugnandi facta eſt exercitus romanus oppreſſus impetu Mumantinorum terga conuertit:ſed increpatione & minis obiectantis ſeſe conſulis:manuq; retinentis tandẽ indignatus in hoſtem rediit:& quem fugiebat fugere compulit.Difficilis in relatu fi des.Numantinos effugauere.& fugientes uidere Romani. Vnde q̃uis Scipio. quia præter ſpem acciderat:lætatus& gloriatus eſſet.tamen ultra bellũ aduerſus eos audẽ dũ nõ eſſe ꝓfeſſus eſt.Itaq; Scipio ĩſiſtẽdũ ĩopinatis ꝓuẽtibus cẽſuit.urbẽ ipſã obſidi one cõcluſit & foſſa circũdedit:cuius latitudo pedibus.x.altitudo.xx.fuit.Ipſum dein de uallũ ſudibus præſtructũ crebris turribus cõmuniuit.ut ſi qua ab erũpẽte hoſte in eũ tẽtareť irruptio:iã nõ quaſi obſeſſor cũ obſeſſo:ſed uerſa uice obſeſſus obſeſſo repu gnaret.Numãtia autẽ ĩ tumulo ſita haud ꝓcul a flumine Durio tria.M.paſſuum am bitu muri amplexabať:quis aliq̃ aſſerãt eam & paruo ſitu & ſine muro fuiſſe. Vnde credibile eſt:cum hoc ſpacii cura alendoꝝ cuſtodiendorumq; pecoꝝ:uel etiã exercẽ di ruris commodo:cum bello premerentur incluſerint ipſum arcem paruam natura munitam obtinen tes.Alioquin tãtam paucitatem hominum:tam amplum urbis ſpa cium non munire magis q̃ prodere uidebatur.Igitur concluſi diu Numantini:& fa me trucidati deditionem ſui obtulerunt.Si tolerabilia iuberentur:ſæpe etiam oran tes iuſtæ pugnæ facultatem:ut tanq̃ uiris mori liceret. Vltimo omnes ſubito duabus

portis eruperũt:larga prius potione uſi nõ uini:cuius ferax is locus nõ eſt:ſed ſucco tri
tici p arte cõfecto:quẽ ſuccũ a calefaciẽdo celiam uocant.Suſcitat᷑ enim illa ignea uis
germinis madefactæ frugis.ac deide ſiccat᷑:& poſt i farinã redacta molli ſucco admi‐
ſcet᷑:quo fermẽto ſapor auſteritatis & calor ebrietatis adiicit᷑.Hac igit᷑ potõe poſt lõ‐
gã famẽ recaleſcẽtes bello ſeſe obtulerũt.Atrox diu certamẽ & uſq; ad piculum roma‐
noꝵ fuit.Iterũq; romani pugnare ſe aduerſum Numãtinos fugiendo ꝓbauiſſent niſi
ſub Scipione pugnaſſent.Mumãtini iterſectis ſuoꝵ fortiſſimis bello cedũt:cõpoſitis
tamẽ ordinibus.nec ſicut fugiẽtes ĩ urbẽ reuertunt᷑ corpora ĩterfectoꝵ ad ſepulturam
oblata accipe noluerũt.nouiſſima ſpe deſperatõis ĩ mortẽ oẽs deſtinati clauſam urbẽ
ipſi itrorſum ſuccẽderũt:cũctiq; pariter ferro ueneno atq; igne cõſumpti ſunt.Roma‐
ni nihil ex his penitus habuere uictis præter ſecuritatẽ ſuã.neq;.n.euerſa Numãtia ui
ciſſe ſe magis Numãtinos q euaſiſſe duxerũt:unũ Numãtinum uictoris catena nõ te‐
nuit:unde triũphũ dederit Roma nõ uidit.Auꝵ uel argẽtũ quod igni ſupeſſe potuiſ‐
ſet:apud pauperes non fuit.arma & ueſtes ignis abſumpſit

¶ Deleta Numantia cæteras gentes pacem petiiſſe.

IGitur ea tẽpeſtate cũ hæc apud Numãtiã geſta ſunt.apud romã Gracchoꝵ
ſeditões agitabant᷑.Scipio aũt cũ deleta Numantia cæteras Hiſpaniæ gentes
pace cõponeret:Tireſum quẽdã Celticũ pricipẽ cõſuluit:qua ope res Numã
tina aut prius iuicta duraſſet:aut poſt fuiſſet euerſa.Tireſus reſpõdit.Cõcordia iuicta
diſcordia exitio fuit:quod Romani tanq ſibi ac de ſe dictũ exempli loco acceperunt.
qppe qbus iã de ſeditione diſcordãtis totius urbis nũciabat᷑.Carthagine Numãtiaq;
deleta orit᷑ apud Romanos utilis de ꝓuiſione collatio.& orit᷑ ĩfamis de ambitõe con‐
tẽtio.Gracchus tribunus plæbis iratus nobilitati:qꝛ iter auctores Numantini fœde‐
ris notatus eſſet:agrũ a priuatis eatenus poſſeſſum populo diuidi ſtatuit.Octauo tri‐
buno plæbis obſiſtẽti ademit iperiũ.& ſucceſſorẽ Numitium dedit.His cauſis ſenatũ
ira:populũ ſupbia iuaſit.ac tũc forte Attalus Eumenis filius moriẽs teſtamẽto populũ
Romanum imperio Aſiæ hæredem ſuccedere iuſſerat.Gracchus gratiam populi
precio appetens legem tulit:uti pecunia:quæ fuiſſet Attali:populo diſtribueret᷑.Ob‐
ſiſtente Naſica etiam Pompeius ſpopondit:ſe Gracchum cum primum magiſtratum
adiiſſet:accuſaturum.

¶ In urbe ortam ſeditionem grauem.& in Sicilia ſeruilem contagionem.

GRacchus cum nitere᷑:ut ipſe tribunus plæbis ſubſequente anno pmaneret:
cũq; comitioꝵ die ſeditiões populi accederet.auctore Naſica iflãmata nobi
litas fragmẽtis ſubſelioꝵ plæbẽ fugauit.Gracchus p gradus qbus itur ſuper
Calphurnium fornicẽ detracto amiculo fugiẽs ictus fragmẽto ſubſelii corruit.Rur‐
ſuſq; aſſurgẽs alio ictu clauæ cerebro ipactæ exanimatus ẽ. Ducẽti præterea ĩ ea ſedi
tione iterfecti:eorumq; corpora ĩ tiberim ꝓiecta ſunt.ipſius quoq; Gracchi ihumatũ
cadauer extabuit.Orta præterea ĩ Sicilia belli ſeruilis cõtagio multas late ifecit ꝓuin‐
cias.Nã & Minturnis.cccc.l.ſerui ĩ crucẽ acti:& Sinueſſæ ad.iiii.M.ſeruoꝵ a Q ui‐
to Metello & Gneo Seruilio cæpione oppreſſa ſunt.In metallis quoq; Atheniẽſiũ idẽ
tumultus ſeruilis ab Heraclito prætore diſcuſſus eſt.Apud Delon & ſerui nouo mo‐
tu itumeſcẽtes oppidanis præuenientibus preſſi ſunt abſq; illo primo Sicilienſis mali

ſomite:a quo iſtæ uelut ſcintillæ emicātes diuerſa hæc icēdia ſeminauit.i ſicilia enim
poſt Fuluiū cōſulē Piſo cōſul Mamerciū oppidū expugnauit.ubi octo.M.fugitiuo
rū interfecit.quos aūt capere potuit patibulo ſuffixit:cui cū Rutilius cōſul ſucceſſiſſet
idē quoq; Taurominiū & Aetnā firmiſſima fugitiuoꝝ refugia bello recepit:ubi am-
plius q̄.xx.M.tunc ſeruoꝝ trucidata referunt̄.Miſera ꝓfecto talis belli & īextrica-
bilis cauſa.Pereundū uriq; dominis erat:niſi iſoleſcētibus ſeruis ferro obuiā iret̄.Sed
tamen in ipſis quoq; iſfœliciſſimis damnis pugnæ:& infœlicioribus lucris uictoriæ:
quanti periere uicti:tantum perdidere uictores.

Attalum regem Aſiæ teſtamento Aſiam reliquiſſe Romanis.

ANno ab urbe cōdita.dc.xxii.Publius Lycinius craſſus cōſul & pōtifex maxi
mus:aduerſus Ariſtonicū Attali fratrē q traditā teſtamēto Romanis Aſiam
ꝓuaſerat:cū iſtructiſſimo eſt miſſus exercitu.Præterea magnis regibus:hoc
ē Nicomede Bithiniæ:Mithridate Pōti & Armeniæ:Ariarathe Cappadociæ: Philo-
mene Paphlagoniæ:eorūq; maximis copiis adiutus :cōſerto tamē bello uictus eſt.Et
cū exercitu poſt plurimā cædem in fugā acto ipſe iā circūuētus ab hoſtibus:& pene
captus eſſet:uirgā:qua erat uſus ad equū i oculū Thracis īpegit.Barbarus aūt cū ira &
dolore exarſiſſet:latus Craſſi gladio trāſuerberauit.Ita ille excogitato genere mortis
effugit & dedecus & ſeruitutē.Perpēna cōſul:q craſſo ſucceſſerat:audita morte Craſſi
& clade exercitus Romani raptim in Aſiam peruolauit:Ariſtonicum recenti uicto-
ria furiantem improuiſo bello adortus nudatum omnibus copiis in fugam uertit.Cū
que Stratonicem urbem : ad quam ille confugerat obſidione cinxiſſet : trucidatum
fame ad deditionem coegit . Perpenna cōſul apud Pergamum correptus morbo diē
obiit.Ariſtonicus uero ductus ad urbem Romam iuſſu ſenatus in carcere ſtrangula
tus eſt.Eodem anno Ptolemæi Alexandrinorum regis uita miſera miſeriorem uitæ
exitum dedit. Is enim ſororem ſuam ſtupro cognitam:ac deinde in matrimonio rece
ptam turpius q̄ duxit: abiecit . Priuignam uero ſuam:hoc eſt filiam ſororis & con-
iugis: coniugem aſciuit.filiumque ſuum:quem ex ſorore ſuſceperat :necnon & filiū
fratris occidit.Q uamobrem tantis inceſtis parricidiiſque execrabilis ab alexandri-
nis regno pulſus eſt.Iiſdem temporibus Antiochus non contentus Babylonia atque
Hecharbana totū Mediæ īperiū aduerſus Pharaathē Parthoꝝ regē cōgreſſus uictus
ē:q cū i exercitu ſuo.ccc.M.armatoꝝ habere uideret̄.c.M.& amplius calonū & lixa
rū imixta ſcortis & hiſtrionibus trahebat.Itaq; facile cū uniuerſo exercitu ſuo Partho
rum uiribus oppreſſus interiit.Gaio Sempronio Tuditano & Marco Acilio conſuli-
bus Publium Scipionem Aphricanum pridie pro concione de periculo ſalutis ſuæ
conteſtatum:quod ſibi pro patria laboranti ab improbis & ingratis denūciari cogno
uiſſet:alio die mane exanimem in cubiculo ſuo repertum non temere inter mala ro-
manorum maxima recenſuerim:præſertim cum tantum in ea urbe Aphricani uigor
& modeſtia ualeret:ut facile uiuo eo neque ſociale neque ciuile bellum poſſe exiſtere
crederetur.Hunc quidam uxoris ſuæ Semproniæ:Gracchorum autem ſororis dolo
necatum ferunt:ne ſcelerata:ut credo:familia:atq; in perniciem patriæ ſuæ nata:inter
impias ſeditiones uirorum non etiam facinoribus mulierum eſſet immanior.

Iterum Aetnam uaſto tremore exundaſſe igneis globis.

MArco Aemilio & Lucio Oreſte conſulibus: Aetna uaſto tremore cõcuſſa exundauit igneis globis. Rurſuſq; alio die Lypara iſula & uicinũ circa eam mare itatũ efferbuit: ut aduſtas quoq; rupes diſſoluerit: tabulataq; nauiũ liquefactis cæris extorruerit: exaiatos piſces ſupnatãtes excoxerit: hoies quoq; niſi q lõgius potuere diffugeř: reciprocato anhelitu calidi aeris aduſtis itrorſũ uitalibus ſuffocauit.

¶ Vbi in Aphrica a bellorum excidiis ceſſatum eſt: horribilem & inuſitatam perditionem locuſtarum ſecutam.

MArco Plautio Iſæo & Marco Fuluio Flacco cõſulibus uix dum Aphricam a bellorũ excidiis qeſcentem: horribilis & inuſitata pditio conſecuta eſt. Nanq; cum p totam Aphricam immenſæ locuſtarum multitudines coaluiſſent. & nõ modo iam ſpem cũctam frugũ abraſiſſent herbaſq; omnes cũ parte radicũ & folia arborũ cum teneritudine ramorũ cõſumpſiſſent: uerũ etiã amaras cortices atq; arida ligna proſiſſent repentino arreptæ uẽto: atq; i globos coactæ: portatæq; diu pre aerem Aphricano pelago immerſæ ſunt. Harũ cum immenſos aceruos longe undis urgentibus fluctus p extenta late littora ppuliſſent: tetrũ nimis atq; ultra opinionem peſtiferũ odorem tabida & putrefacta cõgeries exhalauit. Vnde omnium pariter animãtium tãta peſtilẽtia cõſecuta eſt: ut auium pecudum ac beſtiarũ corruptiõe aeris diſſolutarũ putrefacta paſſim cadauera uitium corruptiõis augerent. At uero quãta fuerit hominum lues ego ipſe dum refero: toto corpore phorreſco. Siqdem i Numidia i qua tunc Micipſa rex erat. dccc. M. hominum: circa orã uero maritimã quæ maxime Carthagineſi atq; Vticenſi littori adiacet: plus q̃. cc. milia piſſe traditum eſt. Apud ipſã uero Vticã ciuitatẽ. xxx. milia militum: quæ ad præſidium totius Aphricæ ordinata fuerãt extĩcta atq; abraſa ſunt. Quæ clades tã repẽtina ac uiolẽta iſtitit: ut tunc apud Vticã ſub una die p unã portã ex illis iunioribus plus q̃. M. d. mortuos elatos fuiſſe narreť. Verũ tamẽ pace & gratia omnipotentis dei dixeri: de cuius miſericordia & in cuius fiducia hæc loquor: q̃uis & tẽporibus noſtris exoriãtur aliquãdo hæ diuerſis partibus locuſtæ: & plærunq; etiã: ſed tolerabiliter lædãt: nunq̃ tamẽ temporibus chriſtianis tanta uis inextricabilis mali accidit: ut pnicies locuſtarũ: quæ nullo modo ferri uiua potuiſſet: mortua plus noceret. & quãdiu uiuente peritura erant omnia: ea perdita pereuntibus magis omnibus optandum fuerit: ne periret.

¶ Poſt euerſam Carthaginem iterum iuſſum eſt eam reſtitui.

ANno ab urbe cõdita. dc. xxxvii. Lucio Cæcilio Metello & Quito Tito Flaminio cõſulibus Carthago i Aphrica reſtitui iuſſa. xx. & ſecũdo demũ ãno: q̃ fuerat euerſa: deductis ciuiũ Romanorũ familiis: quæ eã icolerẽt: reſtituta & repleta ẽ: magno ãte pdigio præcedẽte. Nã cũ mẽſores ad limitãdũ Carthaginenſem agrum miſſi ſtipites terminorum indices fixos: nocte a lupis reuulſos mordicus: corroſoſq; reperiſſent: aliq̃diu hæſitatũ ẽ: utrũ Romanæ paci expediret: Carthaginẽ reformari. Eodem anno Gaius Gracchus Gracchi illius: q iam occiſus in ſeditione fuerat frater: tribunus plæbis per tumultum creatus: magna reipublicæ pernicies fuit. Nã cum ſæpe populum romanum largitionibus promiſſiſque nimiis in acerbiſſimas ſeditiones excitauiſſet: maxime legis agrariæ cauſa pro qua etiam frater eius Tiberius Gracchus fuerat occiſus: tandem a tribunatu minutio ſucceſſore deceſſit. Minutius

tribunus cũ maxime ex parte deceſſoris ſui Gracchi ſtatuta cõuulſiſſet: legeſq; abro-
gaſſet: Gaius Gracchus cũ Fuluio Flacco igẽti ſtipatus agmine capitolium: ubi cõcio
agitabat': aſcẽdit. Ibi maximo tumultu excitato qdã præco a Gracchanis interfectus:
uelut ſignũ belli fuit. Flaccus duobus filiis armatis cinctus: comitante etiã Graccho to-
gato: breueq; gladiũ ſub ſiniſtra occultãte: quis & præconẽ fruſtra præmiſiſſet: q ſer-
uos ad libertatẽ uocaret: Ianũ tanq̃ i arce occupauit: cõtra quẽ Decius Brutus uir cõſu-
laris a cliuo publico cũ igenti certamine irruit. Ibi diu obſtinatiſſime dimicauit Flac-
cus. Gracchus poſtq̃ i tẽplũ mineruæ ſucceſſerat: gladio icũbere uolẽs iteruẽtu licto-
ris retẽtus eſt. Itaq; cũ diu anceps bellũ agitaret': tãdẽ ſagittarii ab Opimio miſſi cõſer-
tã multitudinẽ diſturbauerũt. Duo Flacci pater filiuſq; cũ p ædẽ Lunæ i domũ priua-
tã deſiluiſſẽt: foreſq; obieciſſẽt: reſciſſo craticio pariete: cõfoſſi ſũt. Gracchus ꝓ ſe ami-
cis pugnãtibus ac peuntibus ægre ad põtẽ ſubliciũ puenit: ibiq; ne uiuus caperet': cer-
uicẽ ſeruo ſuo præbuit. Caput Gracchi exciſũ cõſuli allatũ ẽ. corpus ad Gorneliã ma-
trẽ Miſſenũ oppidũ deuectũ ẽ. Hæc aũt Cornelia Aphricani maioris filia Miſſenum
poſt prioris filii mortem ſeceſſerat. Bona Gracchi publicata ſunt. Flaccus adoleſcens
in robore necatus eſt. Ex factione Gracchi. cc. l. homines i Auẽtino mõte cæſi referun-
tur. Opimius cõſul ſicut i bello fuit fortis: ita i quæſtione crudelis. Nã amplius q̃ tria
. M. hom inũ ſuppliciis necauit' ex qbus plurimi ne dicta qdẽ cauſa inocẽtes iterfecti
ſũt. Iiſdẽ tẽporibus Metellus Baleares iſulas bello puagatus edomuit. & piraticã iſeſta-
tionẽ: quæ ab iiſdẽ tũc exoriebat' plurima icolaꝝ cæde cõpreſſit. Gneus quoq; Domiti-
us proconſul Allobroges Gallos iuxta oppidum Vindalium grauiſſimo bello uicit:
maxime cum elephantorum noua forma equi hoſtium hoſteſque conterriti diffugiſ-
ſent. xx. M. ibi Allobrogũ cæſa referuntur. iii. M. capta ſunt.

¶ Aetnam ultra ſolitum exatſiſſe.

E Odem tempore Aetna mons ultra ſolitum exarſit: & torrentibus igneis ſup-
fuſis lateq; circunfluentibus Catinam urbem fineſq; eius oppreſſit ita: ut te-
cta ædium calidis cineribus præuſta & prægrauata corruerent: cuius leuan-
dæ cladis cauſa ſenatus. x. annorum uectigalia Catinenſibus remiſit.

¶ Iugurthæ Numidarum regi bellum conſenſu populi Romani ſenatum indixiſſe.

A Nno ab urbe cõdita. dc. xxviii. Fabius cõſul Bititeo regi Arneruoꝝ Galliæ ci-
uitatis bellũ maxĩo iſtructu cõparãti adeo cũ paruo exercitu occurrit: ut Biti-
tus paucitatẽ romanoꝝ uix ad eſcã canibus: quos i agmine habebat: ſufficere
poſſe iactaret: q cũ ſibi ad trãſferẽdas copias unũ põtẽ Rhodani fluminis paꝝ eẽ itel-
ligeret: aliũ cũ paucis litribus cateniſq; cõnexũ ſupſtratis cõfixiſq; tabulis ſtruxit. Cõ-
ſerta pugna: & diu grauiter agitata uicti galli: cõuerſiq; i fugã dũ qſq; ſibi timet: coacer-
uatis icõſulte agminibus præpropo trãſitu põtis uicula ruperũt. ac mox cũ ipſis lintri-
bus merſi ſũt. c. lxxx. M. armatoꝝ i exercitu Bytiti fuiſſe tradunt': ex quibus. c. l. M.
uel cæſa uel merſa ſunt. Quintus Martius conſul Galloꝝ gentem ſub radice alpium
ſitã bello aggreſſus eſt: q cum ſe Romanis copiis circũſeptos uiderẽt: belloq; ipares fo-
re itelligerent: occiſis coniugibus ac liberis in flammas ſeſe ꝓiecerunt. Qui uero præ-
occupantibus Romanis peragendæ tunc mortis ſuæ copiam non habuerant: capti-
q; fuerant: alii ferro: alii ſuſpendio. alii abnegato cibo ſeſe conſumpſerunt: nulliſque

omnino uel paruulus ſuperfuit: qui ſeruitutis conditionem uitæ amore tolerant.

ANno ab urbe cōdita .dc.xxxv. Publio Scipione Naſica & Lucio Calphurnio Beſtia cōſulibus Iugurthæ Numidarum regi bellum cōſēſu populi Romani ſenatus indixit. Sed ego de Iugurtha ordinis tantum loco & cauſa commemorationis breuiter perſtrinxerim: quia ut de natura eius uaria atque intolerabili. ita & de rebus tam doloſe: q̄ ſtrenue geſtis propter opimam ſcriptorum luculentiam ſatis ſufficiens apud omnes noticia eſt. Igit̃ Iugurtha Micipſæ Numidarum regis adoptiuus: hæreſque inter naturales eius filios factus primum cohæredes ſuos: ideſt Hyepſalem occidit. Adherbalem bello uictum Aphrica expulit. Calphurnium inde conſulem aduerſum ſe miſſum pecunia corrupit: atque ad turpiſſimas conditiones pacis adduxit. Præterea cum Romam ipſe ueniſſet omnibus pecunia aut corruptis: aut attētatis ſeditiones diſſenſioneſque permiſcuit: quā cum egrederetur: infami ſatis notauit eulogio: dicens. O urbem uenalem & mature perituram: ſi emptorem inueneris. In ſequenti anno Aulum Poſthumium Poſthumii conſulis fratrem: quem is .xl. M. armatorum exercitui præfecerat apud Calamam urbem theſauris regiis cōditis inhiātem bello oppreſſit: cui uicto ignominioſiſſimum fœdus exegit. Vniuerſam pene Aphricam a Romanis deficientem regno ſuo iūxit. Poſtea tamen Metelli conſulis integritate & diſciplina coercitus: duobus etiā præliis uictus uidit præſente ſe & uaſtari Numidiam ſuam & nō poſſe defendi. a quo in deditionem coactus .ccc. obſides dedit. frumentum atque alios commeatus perſoluturum ſeſe ſpopondit. iii. M. amplius perfugarum reddidit. Exin cum incertus in pace improbos non prohiberet excurſus: Gaii Marii conſulis non minore pene q̄ ipſe præditus erat aſtutia: Romaniſq; uiribus fractus eſt: maxime poſtq̄ Marius urbem Capſam ab Hercule Phœnice: ut ferunt conditam regiis tunc theſauris confertiſſimam dolo circunuenit. & cepit. Diffidens dein de propriis rebus & uiribus Iugurtha ſocietatem cum Boccho maurorum rege fecit cuius equitatu in immenſum auctus marianum exercitū creberrimis incurſionibus fatigauit. Poſtremū apud Cyrtham urbem antiquam maſaniſſæ regiam aduerſum Romanos expugnationem eius parantes .lx. milia equitum inſtructus occurrit. Nunq̄ ulla Romano militi tumultuoſior pugna & terribilior fuit: adeo ut diſcurſu & fremitu circuncurſantium & impetentium equitum ſuſcitatus puluis cælum ſubtexuerit: diem ademerit: noctemq; obduxerit: tantus autem telorū nimbus ingruerit ut nulla pars corporis eſſet ab ictu tuta: quippe quibus & uiſus ad proſpiciendum impedimento caliginis & expeditio ad cauendum compreſſione multitudinis deerat. Nec laborabat eques Maurus ac Numida: ut bene collocatum hoſtem opportuno teli impetu rimaretur. Sed potius in incertum pila mittebant: certi: q; uulnera incerta non eſſent. Ita coacti in unum romani equites: in unum pedites denſabantur. Intercapedinem tanti periculi nox interueniens finem dedit. Eadem poſtera die & belli & periculi facies erat erumpere in hoſtem: quis ſtricto miles gladio nō ualebat ferire. eminus enim iaculis repellebatur. fugere non poterat. Vndiq; eni uelocior ad perſequendum eques icluſerat. Iā tertia dies & nullū undecūq; ſuffragiū. dira ūdiq; mortis facies obiiciebat̃. Tādem Marius cōſul forti deſperatiōe ſpei uiā fecit. & cū uniuerſo ſimul agmine prorupit e uallo. cāpoq; ſeſe ſimul e prælio dedit. Et cū iteꝝ circūfuſi hoſtes nō

ſolū agminis extrema laniarēt: ue℞ etiā media excuſſis ꝓcul telis cederēt: turbatoſq;
Romanos īſup etiā æſtu ſolis ītolerātia ſitis: mortis circūſtātia uſq; ad extremū deſpe
rationis fatigaret: ſubito notū illud romanorū aduerſus Aphros tempeſtatum imbri-
umq; ſuffragium cælo miſſum īſperatæ ſalutis fuit. Siquidem repentina pluuia ſitiē
tibus Romanis & æſtuantibus refrigerium potumq; præbuit. Porro autem Numidis
haſtilia telorū: quæ manu ītorquere ſine armētis ſolent: lubrica ac ꝑ hoc inutilia reddi
dit. Scuta etiam: quæ elephanti corio extento atq; durato habilia & tuta geſtabant:
cuius ea natura eſt: ut acceptum imbrem: tanq̄ ſpongia ebibat: ac per hoc in tracta-
bile repentino pondere fiat: quia circunferri non poterant: defendere nequiuerunt.
Ita ex inſperato conturbatis deſtitutiſque Mauris ac Numidis Bocchus & Iugur-
tha fugerunt. Poſt hoc. I. M. armatorum nouiſſimo bello ab iiſdem regibus obiecta
hæc quoque uſque ad internitionem romanis uicentibus cæſa referuntur. Ex eo Boc-
chus ſpem belli abiiciens pacē petiuit. atque i preciū pacis Iugurthā dolo captum ca-
thenisque obrutum ꝑ Syllā legatum miſit ad Marium: q in triumpho ante cur℞ cum
duobus filiis ſuis actus mox in carcere ſtrāgulatus ē. Iiſdē diebus obſcœnum ꝓdigi-
um ac triſte uiſum ē. Lucius Aelius eques Romanus cum uxore & filia Roma in apu
liā rediēs tēpeſtate correptus eſt: qui cum filiā cōſternatā uideret: ut citius ꝓpioribus
tectis ſuccederēt: relictis uehiculis: arreptiſque eqs filiā uirginē equo inſidentem i me
dium agmen accepit. Puella uero ictu fulminis exanimata eſt. Sed omnibus ſine ſciſ-
ſura aliqua ueſtimentis ademptis: ac pectoris pedumque uinculis diſſolutis: monili-
bus etiā ānuliſque diſcuſſis: ipſo quoque corpore illæſo: niſi quod obſcœnum in mo-
dum nuda: & lingua paululum exerta iacuit equus quoque ipſe quo utebat᷑ ſtratu-
ris frenis & cīgulis diſſolutis paſſim ac diſperſis exanimis ꝓcul iacuit. Poſt hoc par-
uo interceſſu temporis Lucius Vecturius eques Romanus Aemiliam uirginem Ve
ſtalem furtiuo ſtupro polluit. Duas præterea uirgines Veſtales eadē Aemilia ad parti
cipationē īceſti ſollicitas cōturbernalibus ſui corruptoris expoſuit ac tradidit. Indicio ꝑ
ſeruū facto ſupplicium de omnibus ſumptum eſt. Iiſdem præterea Iugurthini belli tē-
poribus Lucius Caſſius cōſul i Gallia Tigurinos uſq; ad oceanum ꝑſecutus: rurſumq;
ab eiſdem inſidiis circūuentus occiſus eſt. Lucius quoq; Piſo uir cōſularis legatus Caſ
ſii cōſulis īterfectus. Gaius Publius alter legatus: ne reſidua exercitus portio quæ ī ca-
ſtra cōfugerat: deleret᷑: obſides & dimidiā partē re℞ omniū Tigurinis turpiſſimo fœ
dere dedit: q Romā reuerſus a Cælio tribuno plæbis die dicta eo ꝙ Tigurius obſides
dederat: i exiliū ꝓfugit. Scipio ꝓcōſul capta urbe Gallo℞: cui nomē ē Toloſa. c. M. pō
deris auri: & argēti. cx. M. e tēplo Apollinis ſuſtulit: quod cū ad Maſſiliā amicā popu
lo Romano urbē cū præſidiis miſiſſet. īterfectis clā: ſicut qdā cōteſtant᷑: qbus ea cuſto
dienda & ꝑuehēda cōmiſerat: cūcta ꝑ ſcelus furatus fuiſſe narrat᷑. Vnde Magna quæ
ſtio poſt Romæ acta ē. Multas gētes ī unū cōſpiraſſe: ut Romanū nomē delerent.

ANno ab urbe condita. dcxlii. Gaius Manlius & Quintus Cæpio proconſu
les aduerſus Cimbros & Teutones Tigurinos & Ambronas Gallo℞ gentes:
quæ tūc: ut īperium Romanum extīguerent: cōſpirauerāt: miſſi ꝓuincias ſibi
Rhodano flumine medio diuiſerūt: ibi dum iter ſe grauiſſima inuidia & contentione
diſceptant cum magna ignominia & periculo Romani nominis uicti ſunt. Siqui-

dem i ea pugna Marcus Aemilius cõſularis captus atq; iterfectus eſt. Duo filii cõſu-lis cæſi.lxxx.M.Romanorum ſociorumq; ea tempeſtate trucidata.lx.M.calonum atq; lixarum iterfecta Antias ſcribit.Ita & ex omni penitus exercitu.x. tãtũmodo homines: qui miſerum nũcium ad augẽdas miſerias reportarent:ſuperfuiſſe referuntur.Hoſts: binis caſtris atq; ingenti præda potiti noua quadam atq; inſolita execratione cuncta que cæperant: peſſundederũt. Veſtis diſciſſa & proiecta eſt.aurum argentumq; i flu men abiectum eſt:loricæ uirorum cõciſæ.phaleræ quoq; equorum diſperditæ.equi ipſi gur gitibus immerſi.homines laqueis collo iditis ex arboribus ſuſpenſi ſũt:ita ut nihil præ dæ uictor:nihil miſericordiæ uictus agnoſceret.Maximus tũc Romæ nõ ſolũ luctus: uerum etiam metus fuit:ne cõfeſtim Cimbri alpes trãſgrederent̃:Italiamq; delerent. Iiſ-dem temporibus Quitus Fabius Maximus filium ſuum adoleſcentem ruri relega-tum cum duobus ſeruis parricidii miniſtris iterfecit:ipſoſq; cõtinuo ſeruos i precium ſceleris manumiſit.Die dicta:Gneo Pompeio accuſante damnatus eſt. Igit̃ Marius quarto cõſul:cum iuxta Iſaram Rhodanumq; flumina:ubi i ſeſe cõfluũt caſtra poſuiſ ſet:Teutones Cimbri & Tigurini & ambrones:poſtq̃ cõtinuo triduo circa Romano-rum caſtra pugnarũt:ſi quo pacto eos excuterent uallo:atq; i equum fũderent: tribus agminibus Italiã petere deſtinarũt.Marius poſt digreſſũ hoſtiũ caſtra mouit.& col-lẽ occupauit:q campo & fluuio:ubi hoſtes ſeſe diffuderant:iminebat.Cũq; exercitui eius aqua ad potãdũ deeſſet:querelis omniũ coargueret̃:aquã qdẽ i cõſpectu eſſe re-ſpõdit.ſed eã ferro eſſe uẽdicãdã.Primis itaq; calonibus cũ clamore i pugnam ruenti-bus ſubſecutus exercitus:mox iuſto certamine cõpoſitis ordinibus bellatũ eſt:& uice re Romani.Quarto die rurſus ꝑductæ utrinq; i cãpum acies uſq; ad meridiem pene pari pugnauere diſcrimine.Poſt ubi icaleſcẽte ſole fluxa Gallorum corpora in modum niuium diſtabuerunt: uſq; in noctẽ cædes potius q̃ pugna ꝓtracta ẽ.Ducẽta milia ar matorum i eo bello iterfecta ſũt.lxxx.M.capta.uix.iii.M.fugiſſe referunt̃.Dux quoq; eorum Teutobecchus occiſus ẽ.Mulieres eorum conſtantiore animo:q̃ ſi uiciſſent:pe tierunt a cõſule:ut ſibi iuiolata caſtitate:uirginibus ſacris miniſtrare fas eſſet: quo ui-tã ſibi reſeruarẽt.quã rẽ cum nõ ĩpetraſſẽt:paruulis ſuis ad ſaxa illiſis cunctæ ſeſe fer ro ac ſuſpẽdio peremerunt.Hæc de tigurinis & Ambronibus geſta ſunt.Teutones au tẽ & Cimbri itegris copiis alpiũ niues emẽſi Italiæ plana puaſerunt.Ibiq; cum rigidum genus diu blãdioribus auris cibis poculis ac lauacris emolliret̃:Marius quintum cõ-ſul & Catulus aduerſus eos miſſi:die ad pugnã & cãpo dato:Hãnibalis ſecuti igenium i nebula diſpoſuere:pugnã i ſole pugnauerunt.Prima ſiqdẽ ꝑturbatio Gallorum fuit:q, Romanã aciẽ prius offendere diſpoſitam:q̃ adeſſe ſenſerunt.Cumq; ilico uulnerati eq tes retro i ſuos cogerent̃:totãq; multitudinẽ idiſpoſite adhuc aduẽtãtẽ cõturbarẽt: & ſol cum uẽro ortus ex aduerſo emicuiſſet:uiſus eorum puluis oppleuit. & ſplẽdor hebe tauit.Ita factum eſt:ut tanta ac tam terribilis multitudo:minima Romanorum clade ſua ultima internitione cæderetur.Centum.xl.M.eorum tunc in bello cæſa.xl.M.ca pta dicuntur. Mulieres grauiorem pene excitauere pugnam:quæ plauſtris in mo-dum caſtrorum circunſtructis:ipſe autem deſuper propugnantes diu prope repule re romanos.Sed cum ab his nouo cædis genere terrerentur:abſciſſis enim cum crine uerticibus inhoneſto ſatis uulnere turpes relinquebantur:ferro qd̃ i hoſtem ſumpſe-

rant:ĩ ſe ſuoſq; uerterũt:nanq; aliæ cõcurſim mutuo iugulatæ.aliæ apprehẽſis inuicẽ
faucibus ſtrãgulatæ.aliæ funibus per equorũ crura conſertis ipſiſq; eq̃s extimulatis:
q̃bus equoꝝ crura ĩnexuerãt:ĩdidere ceruices:quouſq; ꝓtractæ atq; exanimatæ ſunt.
aliæ laqueo de ſubiectis plauſtroꝝ temonibus pependerũt. Inuenta eſt etiam quædã
quæ duos filios traiectis per colla eoꝝ laqueis ad ſuos pedes uixerit: & cum ſeipſam
ſuſpendio morituram dimiſiſſet:ſecum traxerit occidendos.Inter hæc multa & miſe-
rabilia mortis genera:reguli quoq; duo ſtrictis ĩ ſe gladiis concurriſſe referunť. Lu-
cius & Boiorix reges in acie ceciderũt.Claudius & Ceſorix capti ſũt.Ita in his duobus
prælis.ccc.l.M.Galloꝝ occiſa.&.c.xl.M.capta ſũt abſq; ĩnumera mulieꝝ multitu-
dine:quæ ſe ſuoſq; paruulos fœmineo furore: ui autem uirili necauerunt.

¶Poſt triũphũ Marii ĩcredibile facinus & nunq̃ ãtea rõanis cognitũ ꝑpetratũ fuiſſe.

IGiť talem Marii triũphũ romanamq; uictoriam ĩcredibile facinus:& nunq̃
antea romanis cognitũ Romæ ſubito perpetratum:uerſa ĩ horrorem ac mœ
rorem tota urbe fuſcauit.Publitius q̃dam malleolus ſeruis ãnitẽtibus matrẽ
ſuam interfecit.Dãnatus parricidio:inſutuſque culleo in mare proiectus eſt:impleue
runtq; romani facinus & pœnam: de qua re ſolon athenienſis decernere non auſus fue
rat:dum fieri poſſe non credidit:& Romani qui ſe ortos a Romulo ſcirent:etiam hoc
fieri poſſe intelligentes ſupplicium ſingulare ſanxerunt. Anno ab urbe condita.dcv.
poſt cimbricum & Teutonicum bellum & quintum marii conſulatum:quo ſtatus im
perii romani iure conſeruatus iudicatur.conſulatu ſexto eiuſdem Gaii marii ita labefa
ctatus eſt ut pene uſq; ad extremum ĩteſtina clade conciderit.Euoluere ac percurrere
mihi diſcordiarũ ambages & inextricabiles ſeditionum cauſas ĩcommodum ſimul ac
lõgum uideť.ſane breuiter ſtrixiſſe ſufficiat:q̃d primus Lucius Apuleius ſaturninus
excitati tumultus auctor extiterit:quito Metello Numidico uiro ſane primario acer
rimus inimicus:qui eum cenſorem creatum protractum.domo atq; in capitolium fu
gientem armata multitudine obſedit:unde equitum romanoꝝ indignatione deiectus
eſt:plurima ante capitolium cæde facta.Anumium deide competitorem ſuum ſatur
ninus & Glaucia:fraude Gaii Marii conſulis occiderũt.ſubſequente ãno marius ſex
tum conſul & Glaucia prætor:& ſaturninus tribunus plæbis conſpirauerũt: Metellũ
Numidicum in exilium quacunque ui agere.Die dicta a ſuppoſitis eiuſdẽ factionis
ĩfamibus auſibus cõtionem domi ſuæ habuit:ibiq; ab aliis rex.ab aliis imperator eſt
appellatus.Marius manipulatim plæbe deſcripta alterum conſulem cũ præſidiis ĩ col
le diſpoſuit.ipſe portas communiuit.In foro prælium commiſſum eſt. Saturninus a
marianis foro pulſus in capitolium confugit.Marius fiſtulas quibus eo aqua deduce
batur:ĩcidit.Bellum deide ĩ aditu capitolii horridum ſatis actum eſt.multiq; circa ſau
fenium & ſaturninũ cæſi.ſaturninus palã clamitans mariũ auctorẽ eẽ omniũ molitio-
nũ ſuaꝝ cõteſtatus ẽ.Cũ aũt ipſe ſaturninus & ſaufenius & Labienus cogẽte Mario ĩ
curiã cõfugiſſent:ꝑ eq̃tes romanos effractis foribus occiſi ſunt. Gaius Glaucia extra
ctus e domo Claudii trucidatus ẽ.Furius tribunus plæbis bona oĩum publicãda decre
uit.Gneus Dolobella ſaturnini frater ꝑ foꝝ olitorium fugiens cum Lucio Ieganio in-
terfectus ẽ.Itaq; auctoribus tãtæ ſeditiõis occiſis q̃es populo fuit. Tunc Cato atq; Põ
peius rogationẽ de reditu metelli Numidici totius urbis gaudio ꝓmulgarunt.q̃d ne

perficeret:Marii conſulis & Furii tribuni plæbis factionibus itercesſum eſt: Rutilius quoq; uir itegerrimus adeo fidei atq; inocentiæ conſtātia uſus eſt:ut die ſibi ab accuſatoribus dicta uſq; ad cognitionem neq; capillū barbamue ſumiſerit. neq; ſordida ueſte humiliue habitu ſuffragatores cōciliarit.inimicos permulſerit: iudices temperarit:orationemq; a prætore conceſſam nihilo ſummiſſiorem q̄ animum habuerit. Cū euidēti oppugnaret calūnia & opinione bonoꝝ omnium iure abſoluendus putaret:periurio iudicū cōdēnatus ē:q Smyrnā cōmigrās litteraꝝ ſtudiis cōtētus cōſenuit

Mœſtam urbem prodigia terruerunt.

ANno ab urbe cōdita.dc.lix.Iulio Cæſare & Lucio Marco Philippo conſulibus inteſtinis cauſis ſociale bellum tota commouit Italia. Siquidem Liuius Druſus tribunus plæbis Latinos omnes ſpe libertatis illectos cum placito explere non poſſet:i arma excitauit:quo acceſſit ut mœſtā urbem prodigia dira terrerēt Nā ſub ortu ſolis globus ignis a regiōe ſeptentrionis cum maximo cæli fragore emicuit.Apud Aretinos cum panes per conuiuia frāgerentur:cruor e mediis panibus quaſi e uulneribus corporum fluxit.Præterea per ſeptem continuos dies grādo lapidum immixtis etiā teſtarum fragmentis terrā latiſſime uerberauit.In Sānitibus uaſtiſſimo hiatu terræ:flāma prorupit.& uſque i cœlum extendi uiſa eſt. Complures præterea itinere uidere Romani globum coloris aurei cœlo ad terrā deuolui. maioremq; factū rurſus a terra in ſublime ad orientem ſolem ferri ac magnitudine ſua ipſum ſolem obtexiſſe.Druſus tātis malis anxius domi ſuæ incerto quidem auctore iterfectus eſt.Igitur Picentes & Veſtini Marſi Peligni Marrucini Sānites & Lucani:cū adhuc occulta defectiōem meditarent:Gaium Seruium prætorem legatū ad ſe miſſum apud Aſculum occiderunt:ſtatimq; clauſa ciuitate omnes ciues romanos in dicta cæde iugularūt.Cōtinuo atrociſſimā perniciem infamiſſima præceſſere prodigia. Nāque omniū generꝫ animalia:quæ manus hominum ꝑpeti:atq; inter homines uiuere ſolita erāt:relictis ſtabulis paſcuiſque cum balatu hinnitu mugituque miſerabili ad ſiluas monteſq; fugerūt.Canes quoq; quoꝫ natura eſt extra homines eē nō poſſe:lachrymoſis ululatibus uagi lupoꝫ ritu oberrarunt.Igit Gneius Pompeius prætor cum Picentibus iuſſu ſenatus bellum geſſit.& uictus eſt.Poſtq̄ ſibi Sānites Papium Mutilium imperatorem præfecerāt:Marſi autem Agamēnonem archipiratam præoptauerāt:Iulius Cæſar Sānitum pugna uictus cæſo fugit exercitu.Rutilius conſul Marium propinquum ſuum legatum ſibi legit:quem aſſidue ſubmonentem moram bello utilem fore & pauliſper in caſtris exerceri militem oportere tironem: dolo id eum agere ratus cōtēpſit:ſeſeq; iiſidias marſoꝫ & uniuerſū agmē exercitus ſui icautus iniecit: ubi & ipſe cōſul occiſus & multi nobiles iterfecti & octo.M.romanoꝫ militū cæſa ſūt.Arma & corpora iterfectoꝫ i cōſpectu marii legati Telonius Flauius ꝑtulit.atq; i teſtimoniū cladis euexit.marius raptis continuo copiis uictores iſpatus oppreſſit. octo. M. & ipſe marſoꝫ iterfecit. Cæpio aūt a Veſtinis & marſis deductus i iſidias cum exercitu trucidatus ē.Iulius Cæſar poſtq̄ apud Eſerniā uictus aufugerat: contractis undiq; copiis aduerſus Sannitas & Lucanos dimicās multa hoſtiū milia iterfecit. Cūque ab exercitu imꝑator appellatus eēt:romāque nuncios ꝓ adepta uictoria miſiſſet:ſenatus ſagū hoc ē ueſtē mœroris:quā exorto ſociali bello ſūpſerat:hac ſpe arridente depoſuit. atq;

antiquũ togæ decorẽ recuperauit.marius deide ſex.M.marſoꝝ cecidit.ſeptẽ milia armis exuit.Sylla cũ.xxiiii.cohortibus Eſerniã miſſus:ubi artiſſima obſidione romani ciues & milites premebant̃:maximo bello & plurima cæde hoſtiũ urbẽ ſocioſq; ſeruauit.Gneus Põpeius picentes graui prælio fudit:qua uictoria ſenatus latos clauos & cætera dignitatis iſignia recepit:cũ togas tãtũmodo de uictoria Cæſaris primũ reſpirãte ſũpſiſſet.Porcius Cato prætor & Plotius legatus Hetruſcos & Vmbros plurimo ſanguine ipenſo difficillimo labore uicerũt.Gneo Põpeio & Porcio Catone cõſulibus:Põpeius diu obſedit Aſculũ ciuitatẽ.nec tamẽ expugnauiſſet:niſi populum i campum ꝓrumpentẽ grauiſſima oppreſſione uiciſſet.Decem & octo milia marſoꝝ in ea pugna cũ fráco ſuo iperatore cæſa.ſũt capta.iii.milia.Quatuor milia autẽ Italicoꝝ uiroꝝ ex ea cæde ꝓfugoꝝ:iugum mõtis coacto i unum agmine forte cõſcenderãt.ubi oppreſſi exanimatique niuibus miſerabili morte riguerunt:& uiſebant̃:nec ullũ erat ꝓcul ituentibus mortis idicium niſi diuturna imobilitas:quã nullo modo humanæ uitæ uegetatio diu ꝑperi poteſt.eadem die Picentes uicti ſunt:quoꝝ dux Iudacilius cõuocatis principibus ſuis poſt magnificas epulas largaq; pocula cunctos ad exemplũ ſui ꝓuocãs hauſto ueneno cõſumptus eſt:cunctis factũ eius laudãtibus: ſed nemine ſubſequente.Anno ab urbe cõdita.dc.lxi.cũ ad obſidendos Sãnites Põpeius & romanus iſſet exercitus:& Poſthumius Albinus uir cõſularis tunc Lucii Syllæ legatus itolerabili ſuꝑbia omniũ i ſe militũ odia ſuſcitaſſet:lapidibus occiſus eſt.Sylla cõſul ciuilẽ cruorẽ nõ niſi ſanguine hoſtili expiari poſſe teſtatus eſt:cuius rei conſcientia ꝑmotus exercitus ita pugnã adorſus eſt:ut ſibi unuſqſque pereundũ uideret:niſi uiciſſet.xviii.Sãnitũ.M.illo prælio cæſa ſunt.Iũuentiũ quoq; Italicum ducẽ & magnũ ipſius populum ꝓſecutus occidit.Porcius Cato cõſul marianas copias habens:cum aliquãta ſtrenue geſſiſſet:gloriatus eſt:Gaiũ Mariũ nõ maiora feciſſe:& ob hoc cũ ad lacũ Fucinũ cõtra marſos bellũ gereret:a filio Gaii marii i tumultu belli:quaſi ab icerto auctore ꝓſtratus ẽ.Gaius Gabinus legatus i expugnatiõe hoſtiliũ caſtroꝝ iterfectus ẽ.Marrucini Veſtiniq; Sulpitio legato Põpeii ꝓſequente uaſtati ſũt:Popedius & Obſidius Itali iperatores ab eodẽ Sulpitio apud flumẽ theanũ horribili prælio oppreſſi & occiſi ſũt. Põpeius Aſculũ igreſſus præfectos & cẽturiões cunctoſq; pricipes eoꝝ uirgis cecidit. ſecuriq; ꝑcuſſit.ſeruos prædamq; oẽm ſub haſta uẽdidit.reliquos liberos qdẽ: ſed nudos & egẽtes abire præcepit.Et cum de hac præda opitulationẽ aliq i uſum ſtipẽdii publici ſenatus fore ſparet:nihil tamẽ ex ea Põpeius egẽti ærario cõtulit.Nãq; eodẽ tempore cum penitus exhauſtum eẽt ærarium & ad ſtipẽdium frumẽti deeſſet expẽſa:loca publica quæ i circuitu capitolii põtificibus:auguribus:decẽ uiris & flaminibus in poſſeſſionẽ tradita erãt:cogẽte iopia uẽditi ſunt:& ſufficiẽs pecuniæ modus q ad tempus inopiæ ſubſidio eẽt:acceptus ẽ.Eqdẽ i ſinum tunc ipſius ciuitatis euerſaꝝ oĩum urbium nudataꝝq; terraꝝ abraſæ undiq; opes cõgerebant̃:cum ipſa Roma turpi adigẽte inopia præcipuas ſui partes auctionabat̃. Quãobrẽ conſideret tunc tempora ſua: cum quaſi iexplebilis uẽter cuncta cõſumẽs & ſemp eſuriens cunctis urbibus qs miſeras faciebat:ipſa miſerior nihil relinquens nihil habebat.& ſtimulo domeſticæ famis ad cõtinuatiõem bellicæ inqetudinis trudebat̃. Iiſdem temporibus rex Sothimus cũ magnis thracum auxiliis Græciã igreſſus cunctos macedoniæ fines depopulatus eſt.

Tandemque a Gaio Sentio prætore ſuperatus redire in ſuum regnum coactus eſt.

¶ Bellum Mithridaticum & bella ciuilia cœpere pene ſimul.

Anno ab urbe cōdita.dc.lxii.nōdum finito ſociali bello:Romæ primum bellū ciuile cōmotū eſt:eodemq; āno Mithridaticum bellū & ſi minus īfame:nō tamen minus graue cœptū ē.Eqdem de mithridatici belli ſpatio uarie traditū eſt:utrū abhinc cœperit:an tūc præcipue exarſerit:maxime cū alii.xxx.alii.xl. annis geſtum ferrāt.Sed quis iiſdem tēporibus geſta pplexis coaceruata malis exarſerint:a me tamen ſpeciatim:& ſi breuiter ſingula pferent̃.Marius Sylla cōſule cōtra mithridatem i Aſiam cum exercitu pfecturus:i Cāpania tamē ppter ſocialis belli reliquias cōſiſtentes affectauit ſeptimum cōſulatum:& bellum ſuſcipere mithridaticum.Quo Sylla cognito impatiens reuera iuuenis:itemperataque ira pcitus cum.iiii.legiōibus primum ante urbē conſedit:ubi Gratidium marii legatum:qſi primā uictima belli ciuilis occidit.mox urbē cum exercitu irrupit.faces ad iflamādā urbē popoſcit.Omnibus metu addictis p ſacram uiā cito agmine i foꝝ uenit.marius cum pmouere nobilitatē:iflāmare plæbē:equeſtrē deide ordinem parmare aduerſus Syllā fruſtra tentaſſet:poſtremo ſeruis ſpe libertatis & prædæ ad arma ſollicitatis:nec quicq̃ repugnare auſis tandem i Capitolium cōceſſit.Sed cum eo Syllanæ cohortes irruiſſent:magna ſuoꝝ cæde diffugit.Ibi tunc Sulpitius marii collega ſeruo ſuo pdente pſtratus eſt.Seruū uero ipſum:q hoſtem indicauerat:manumitti.q uero dominum prodiderat:ſaxo Tarpeio deiici conſules decreuerunt.marius fugiens cum pſequentium inſtātia circū ſeptus eſſet i miturnēſiū paludibus ſeſe abdidit:de quibus iſœliciter luto oblitus:ignominioſeq; ptractus:turpi autem ſpectaculo miturnas deductus:cōtruſuſq; i carcerē pcuſſorem ad ſe miſſum ſolo uultu exterruit.Deide lapſus e uiculis i Aphricā tranſfugit.Sollicitatoq; ex Vtica filio:ubi is cuſtodia obſeruat̃:cōtinuo Romā regreſſus:Cinnæ cōſuli ſocietate ſceleꝝ cōiunctus eſt.Igit̃ ad cōfligādam uniuerſam rempublicam exercitum ſibi in quatuor partes diuiſerūt.Tres ſiqdem legiones mario datæ:parti copiarum Gneus Carbo præpoſitus eſt.partem Sertorius accepit:Ille ſcilicet Sertorius iam hinc ciuilis belli icentor & pticeps:q etiam hoc finito aliud poſt in Hiſpania bellum excitauit qd̃ per multos annos maximis Romanorum cladibus traxit. Cætera uero exercitus portio Cinnam ſecuta eſt.Porro autem Gneus Pompeius:qui a ſenatu cum exercitu accerſitus:ut reipublicæ opitularetur:& diu ſeſe nouarum rerum aucupatione ſuſpenderat:contemptus a mario uel Cinna ad Octauium cōſulem ſeſe cotulit.& mox cū ſertorio conflixit.Infœlicem pugnam interuentus noctis diremit.Sexcēti ex utraque parte milites trucidati ſūt.Poſtera die cum permixtim corpora ad ſepulturam diſcernerentur:miles Pompeianus fratris ſui:quem ipſe interfecerat corpus agnouit.in tranſcurſu enim utrinque cognitionem uultus & galeæ conſiderationem furor ademerat:quis parum ſit culpæ circa ignorantiam:ut uideatur neſciſſe de fratre quod non ambigitur ſciſſe de ciue.Itaque uictor uicto iſœlicior:ubi & fratris corpus agnouit.& parricidium ſuum execratus bella ciuilia ilico pectus ſuū gradio tranſuerberans:ſimulque lachrymas & ſanguinem fundens ſuper fraternum ſeſe cadauer abiecit.Et quid hoc profuit ad confuſionem crudelis incepti:quod in primo ſtatim bellorum ciuilium exordio infamis fama percrebruit:concurriſſe ignaros quidem fratres:

ſed conſcios ciues petiiſſe fratrem ſcelere uictorem fratris occiſi ſpolia: ac mox tantæ imanitatis reꝝ eodem gladio atq; eadem manu ꝑ ſuā necē parricidiū: quod admiſerat: uidicaſſet: nunqd ī tātaꝝ animoſitate patrium tā triſte mouit exemplum? Nunquid apud quenq̄ ꝑiculum ſceleris repulit terror erroris? Nūqd hæc quæ cōmunis eſt etiā cū belluis pietas & reuerētia naturæ: quod unus perimendo ac pereūdo cōmiſit: quod in ſe agi poſſet ītremuit: ſeſeq; ab huiuſmodi īcepto cōſcientia uictus remouit? Qui potius ānis fere.xl.cōſequētibus ī tātum cōtinuata ſūt bella ciuilia: ut magnitudo laudis appetēda ex magnitudine ſceleris putaret̄. Omnes enim poſt tale documentum in tali malitia parricidiorum pericula refugiſſent: niſi parricidia ipſa uoluiſſent. Igit̄ Marius coloniam Hoſtienſem ui ingreſſus omnia ibi genera libidinis auariciæ & crudelitatis exercuit. Pompeius fulmine afflatus interiit. exercitus uero eius peſtilentia correptus pene totus abſumptus eſt. Nam.xi.M.uirorum de caſtris Pompeii mortua ſex.M.autem de parte Octaui conſulis ſubtracta ſunt. Marius Antium & ariciam ciuitates hoſtiliter irrupit. cunctoſque ī his præter ꝓditores īterfecit: bona ſuis diripienda permiſit. Poſt Cinna cōſul cum legiōibus: & Marius cum fugitiuis urbem īgreſſi nobiliſſimos quoſque e ſenatu: & plurimos conſulares uiros interfecerunt. Sed quota hæc portio oſtentatæ miſeriæ eſt: uno uerbo definiſſe cædem bonorum: cuius fuit tanta numeroſitas tanta diuturnitas tanta crudelitas tantaque diuerſitas. Veruntamen æqus eſt: me aliquid utilitatis ſubtraxiſſe cauſa: q̄ tantum horroris ingeſſiſſe noticiæ: ſiue peritis hæc ſiue imperitis obiiciantur. De patria ſiquidem de ciuibus & de maioribus noſtris hæc loqmur: qui his exagitati malis tam abominanda geſſerunt: de quibus etiam auditis poſteri perhorreſcant: qui ꝓfecto nolunt iſta nimiū exaggerari: aut ſufficientis noticiæ moderatione: ſi ſciunt: aut miſericordis reuerētiæ contemplatione: ſi neſciunt. Igit̄ Marius cum īterfectorum ciuium capita illata conuiuiis: oblata Capitolio: collocata roſtris: ſpectaculum ornatumq; congereret: ac ſeptimum conſulatum cum Cīna tertium cōſule ꝑuaſiſſet: ī exordio conſularis īperii ſera tandem morte præreptus eſt. Cinna bonorum neces malorum cæde ſuppleuit. nam cum ītroducta per marium fugitiuorum manus īſatiabilis prædādi eſſet: nullamq; partē auctoribus prædæ cōſulibus miniſtraret ī foꝝ quaſi ſtipendii cauſa ſollicitata: militibuſq; circundata: inermis extincta eſt. Cæſa ſunt illa die in foro urbis octo.M.fugitiuorum: idemque Cīna quartum conſul ab exercitu ſuo interfectus eſt. Interea reſidui ſenatoꝝ: qui potentiam Cinnæ & Marii crudelitatē: īſaniā Fimbriæ: Sertoriiq; audaciam fuga euaſerant: tranſuecti ī Græciam coegere precibus Syllam: ut periclitanti īmo iam pene perditæ patriæ opem ferret. Igitur Sylla mox ut Campanum littus attigit: Norbanum cōſulem prælio oppreſſit. vii.milia tunc Romanorum Romani interfecerunt. ſex milia eorundem ab iiſdem capta ſunt. c.xxiiii. de Syllana parte ceciderunt. Fuluius uero Hadrianus: cui īperium pro prætore erat: regnum Aphricæ ſeruorum manu affectans a dominis eoꝝ apud Vticam congeſtis ſarmentis cum omni familia incenſus eſt. Damaſippus prætor incentore Mario conſule Quintum Scæuolam: Gaium Carbonem: & Lucium Domitium: Publium Antiſtium: in curiam quaſi ad conſultandum uocatos crudeliſſime occidit. Corpora īterfectorum ꝑ carnifices unco tracta: atque in Tyberim miſſa ſunt. Eodem tempore Syllæ duces plura prælia aduerſus marianas partes īfœliciſſima fœ-

licitate geſſerũt.Nã & Q uitus metellus Charinatis copias cecidit.& caſtra ꝑuaſit.& Gneus Põpeius Carbonis equitatũ grauiter trucidauit.ſyllæ etiã & marii adoleſcentis maximũ tũc prælium apud ſacriportũ fuit:ĩ quo de exercitu marii cæſa ſũt.xxv.milia ſicut Claudius ſcribit.Põpeius Carbonẽ etiã caſtris exuit.fugiẽtemq; ĩſecutus nũc cædẽdo:nũc ad deditionẽ cogendo plurima exercitus parte priuauit.Metellus Norbani agmen oppreſſit:ubi.ix.milia marianæ partis occiſa ſũt.Lucullus cũ a Q uitio obſideretur:erupit:& repentina pugna obſeſſorẽ deleuit exercitũ.Nã plus q̃.x.milia ibi tũc cæſa referunť.Sylla deĩde cũ Cãpaninio ſãnitũ duce & Charinatis reliqs copiis ante ipſã urbẽ portãque collinã ad horã diei nonã ſigna contulit.grauiſſimoq; prælio tandem uicit.lxxx.milia hominũ ibi fuſa dicunť.xi.milia ſeſe dediderunt.reliquã multitudinẽ ĩ fugã uerſam ĩſatiabilis uictoꝝ ciuiũ ira cõſumpſit.

¶ Sylla urbem ĩtrauit.multoſq; interfecit & proſcripſit.

SYlla mox ut urbẽ uictor ĩtrauit.iii.milia hominũ q ſe ꝑ legatos dediderãt:cõtra fas cõtraq; fidẽ datã inermes ſecuroſque ĩterfecit. Plurimi tunc quoque: ut non dicã inocẽtes:ſed etiã ipſius ſyllanæ partis occiſi ſũt: quos fuiſſe plus q̃.ix.milia ferũt:ita libere ꝑ urbẽ cædes ꝑcuſſoribus paſſim uagãtibus ut quenq; uel ira uel præda ſollicitabat:agitabať.Igiť cunctis iam:quod ſinguli timebant:aperta fronte timentibus:Q uitus catulus Syllæ dixit. cum quibus tandem uicturi ſumus: ſi in bello armatos:in pace inermes occidimus? Tunc Sylla auctore Lucio Furſidio primipilari primus infamem illam tabulam proſcriptionis induxit.

¶ Sylla dictaturam adeptus eſt.

PRima proſcriptio.lxxx.M.hominum fuit:in quibus quatuor cõſulares erãt Carbo Marius Norbanus & Scipio:iter eoſq; Sertorius tunc maxime ꝑtimeſcẽdus.Itẽ alia cũ.d.nominibus ꝓpoſita eſt:quã cũ Lollius qppe ſecurus:nihilq; ſibi cõſcius legeret:ubi ſuũ repẽte nomẽ oſtendit:dũ ſe trepidus adoperto capite foro ſubtrahit:iterfectus eſt.ſed ne ĩ ipſis quidẽ tabulis fides ac finis maloꝝ uidebatur Nanq; alios:quos ꝓſcripſerãt:iugulabãt.alios autẽ poſtq̃ iugulauerãt: ꝓſcribebant. nec ipſius mortis erat uia ſimplex:aut una cõditio:ut ĩ nece ciuiũ ſaltẽ ius hoſtiũ ſeruareť:q nihil uictis:præter uitã exigunt .Marcum Marium ſiquidẽ de caprili caſa extractum uĩciri Sylla iuſſit.ductumq; trans Tiberim ad Luctacioꝝ ſepulchꝝ effoſſis oculis:mẽbriſque minutatim deſectis:uel etiã fractis trucidari.Poſt hunc Publius Lectorius ſenator & Venuleius triumuir occiſi.Marci marii caput Præneſte eſt miſſum: quo uiſo Gaius Marius ultima deſperatione correptus:ubi a Lucrecio obſidebať:ne ĩcideret ĩ inimicoꝝ manus cum Teleſino mutua morte cõcurrit.Dumq; uiolẽtius ipſe ĩ cõcurrẽtem manus adegit:circa ſuum uulnus manum ꝑcutiẽtis hebetauit.Ita eo interfecto ipſe leuiter uulneratus ceruicem ſeruo ſuo præbuit.charinatem prætorẽ Romanum Sylla iugulauit.Inde Præneſte profectus omnes Marianæ militiæ principes hoc eſt legatos:quæſtores:præfectos:& tribunos iuſſit occidi.Pompeius carbonem a coſſura inſula in Aegyptum fugere conãtem in Siciliam ad ſe retractum & cõplures cum eo ſocios eius occidit.Sylla dictator creatus eſt:ut dãnationis & crudelitatis libido honeſti præcipuique nominis reuerentia & amareť & uelareť.Pompeius ĩ Aphricã trãſgreſſus eruptione circa Vticam facta.x.&.ix.M.hominum iterfecit: quo bello

Domitius dux Marianus:dum īter primores pugnat:occiſus eſt. Idēque Pompeius Hiertā Numidiæ regē pſecutus:fugientem ab Vgode bocchi mauroꝝ regis filio ſpoliari oibus copiis fecit:quē cōtinuo Bullā reuerſus tradito ſibi oppido īterfecit.

¶ Poſt bella ciuilia ſonātibus undique belloꝝ fragoribus quatuor bella exurrexiſſe.

CReatis itaque Publio Seruilio & Oppio Claudio conſulibus Lucius Sylla eſt tandem priuatus:Hoc fine cōcluſa ſunt duo bella funeſtiſſima:ſociale:Italicum:& Syllanum ciuile.Hæc per annos.x.tracta plus q̄.c.l.M.Romanorum conſumpſerunt.tātumque lectiſſimorum uirorum uernaculorumque militum hoc ciuili bello Roma perdidit:q̄tum in ea ſuperiore tempore:cum ſe iam aduerſum Alexandrum magnum circunſpiceret:idiſcretis ætatibus cenſus inuenit.Præterea uiros conſulares.xxiiii.prætores ſex.ædilicios.lx.ſenatores fere.cc.abſque innumeris totius Italiæ populis:qui paſſim ſine conſideratione deleti ſunt.Q uomodo neget quiſq̄: ſi ualet:quin eodem damno ſuo uicerit Roma:quo amiſit Italia. Prohpudor.Nunqd nam & hic comparatione ambigua egent tempora? Immo uel maxime inquiunt.Nā quid tam apte:q̄ bellis ciuilibus bella ciuilia comparantur? An forte dicetur:etiam in his temporibus bella ciuilia non fuiſſe:quibus a nobis reſpōdebitur. Iuſtius quidem ſotialia uocari oportere.ſed nobis proficere ſi ciuilia nominentur. Tunc enim cauſis uocabuliſque ac ſtudiis paria docentur omnia:dum ſibi in his tanto plus uindicat reuerentia chriſtianæ religionis quāto minus præſumpſerit ira uictoris.Nam cum plærunque improbi tyranni temere inuadentes rempublicam:uſurpatoque regio ſtatu: Romani imperii corpus abruperint:atque ex eo bella uel per ſe iniuſta importarint: uel in ſe iuſta commouerint:Britannis Galliſque populis erecti & inſtructi hæc bella q̄tum externis proxima:tantum longinqua ciuibus: quid niſi ſocialia iure uocitentur cum ipſi Romani Sertorii quidem:aut Perpennæ:aut Craſſi:aut Spartaci bella ciuilia uſpiam nominarint.In tali ergo uel defectu:uel duellione ſociorum minore nunc utique inuidia laboraret:ſi fortaſſis exiſteret uel grauis pugna: uel cruenta uictoria. Verun tamen cum in hiſce temporibus omnia plus neceſſitatis afferāt: & minus pudoris:hoc eſt cauſa:pugna:uictoria.uel extinguenda inſolentia tyrānorum:uel pro cohibendo ſociorum defectu:uel pro inurendo ultionis exemplo:cui tādem dubium eſt quanto nunc mitius:quantoque clementius excitata:ut dicunt.bella ciuilia geruntur immo reprimuntur.Q uis enim unum ciuile bellum per decem annos his temporibus agitatum audierit? Q uis uno bello.c.l.M.hominum uel hoſtium ab hoſtibus: ut non dicam ciuium a ciuibus cæſa meminerit? Q uis illam quā explicare longum eſt:optimorum atque illuſtrium uirorum multitudinem trucidari i pace cognouerit? Poſtremo q illas iſames īterficiendoꝝ tabulas tenuerit?legerit?ſenſerit?ac non potius omnibus notum ſit:una cunctos pace compoſitos atque eadem ſalute ſecuros uictos uictoreſque pariter communi exultaſſe læticia:ac etiam in tantis totius imperii Romani prouinciis urbibus ac populis uix paucos aliquando extitiſſe quod iuſta ultio inuito etiā uictore damnarit? Et ut uerbis uerba non onerem: non temere dixerim tantam uel in bello ſaltem extinctam modo fuiſſe gregariorum militum manum:quāta tūc cæſa eſt in pace nobilium.Igitur Sylla mortuo Lepidus Marianæ partis aſſertor aduerſus Catulū Syllanū ducē ſurgens rediuiuos belloꝝ ciuiliū cineres ſuſcitauit. Bis

tūc acie certatū eſt.Plurimi romanoꝝ iā ipſa paucitate miſeroꝝ:& adhuc illo furore
iſanientium cæſi ſunt.Albanoꝝ ciuitas obſidione oppugnata atq; excruciata fame:ul
tima miſerabiliū reliquiaꝝ deditione ſeruata eſt.Ibi tunc Scipio Lepidi filius captus
atq; occiſus eſt.Brutus ī ciſalpinā Galliā fugiēs:ꝑſequēte Pōpeio apud Regiū iterfe-
ctus eſt.Ita hoc bellū ciuile nō magis clæmētia Catuli:q̄ tedio Syllanæ crudelitatis:ut
ignis in ſtipula eadem cæleritate qua exarſit: euanuit. Anno ab urbe condita.dc.
lxxiii.ſonantibus undique bellorum fragoribus:quorū unum in Hiſpania erat:aliud
in Pamphilia:in Macedonia tertium:quartum in Dalmatia exanguis adhuc atque
exhauſta inteſtina pernicie:tanq̄ febribus Romana Reſpublica:propulſare armis oc
cidētis ſeptētrioniſque fortiſſimas gentes cogebatur.Sertorius ſiquidem uir dolo at-
que audacia potens:cum partium marianarum fuiſſet Syllam fugiens ex Aphrica
dilapſus in Hiſpaniam bellaciſſimas ferociſſimaſque gentes in arma ex armis excita-
uit.Aduerſus hunc ut breuiter definiam duo duces miſſi Metellus & Domitius:quo-
rum Domitius ab Hirtuleio Sertorii duce cum exercitu oppreſſus eſt.Manilius pro
conſul e Gallia ī Hiſpaniam cum tribus legionibus &.M.d.equitibus trāſgreſſus ini-
quam cum Hirtuleio pugnam conſeruit:a quo caſtris copiiſque nudatus in oppidū
Hilerdam pene ſolus refugit.Metellus multis præliis fatigatus per deuia oberrans
hoſtem mora fatigabat:donec Pompeii caſtris conſociaretur.Pompeius contracto
apud Polentiam exercitu Lauronem ciuitatem:quam tūc Sertorius oppugnabat fru
ſtra conatus defendere:uictus aufugit.Sertorius ſuperato fugatoque Pompeio Lau
ronem captam cruentiſſime depopulatus eſt:reliquum agmen Lauronenſium:quod
cædibus ſuperfuerat:miſerabiliter in Luſitaniam captiuitatem traduxit.Pompeium
autem hoc eſt illum Romanorum ducem a ſe uictum fuiſſe gloriatus eſt:quem ma
gna præditum fiducia ad hoc bellum non pro conſule:ſed pro conſulibus Roma mi
ſiſſet.Fuiſſe tunc Pompeio.xxx.milia peditum & mille equites Galba ſcribit.Sertori
um autem.lx.milia peditum.octo milia equitum habuiſſe commemorat.Poſtea ue
ro Hirtuleius cum Metello congreſſus apud Attalicam Bethycæ urbem.xx.M.mi-
litum perdidit:uictuſque in Luſitaniam cum paucis refugit.Pompeius Belgidam no
bilem Celtiberiæ urbem cæpit.Sertorius cum Pompeio deinde congreſſus.x.M.mi
litum eius interfecit.Ex alio cornu uincente Pompeio tantundem pene ipſe perdidit.
Multa īter eos præterea prælia geſta ſunt.Memmius quæſtor Pompeii idemque uir
ſororis eius occiſus eſt.Hirtuleii fratres interfecti.Perpenna:qui ſe Sertorio iunxerat
comminutus eſt.Poſtremo ipſe Sertorius.x.demum anno belli inchoati iiſdem:qui-
bus & Viriatus ſuorum dolis interfectus finem bello fecit.Romaniſque uictoriam ſi
ne gloria dedit:q̄uis Perpennam poſtea pars exercitus eius ſecuta ſit:qui a Pompeio
uictus cum uniuerſo exercitu ſuo interfectus eſt.Ciuitatibus uero cunctis ultro ac ſi
ne mora per deditionem receptis duæ tantum reſtiterunt:hoc eſt Vximia & Caliguꝝ
quaꝝ Vximiam Pompeius euertit.Caligurum Afrānius iugi obſidione cōfectā.atq;
ad īfames eſcas miſerāda iopia coactā ultimo cæde īcēdioq; deleuit.Percuſſores Ser-
torii præmium ne petēdū quidē a Romanis eſſe duxerūt:quippe qui meminiſſent an
tea Viriati percuſſoribus denegatum. Et q̄uis nullo tūc præmio patrauerint roma-

nā ſecuritatē:tamē fide fortis ac uiribus ſemper Hiſpania:cū optimos iuictiſſimoſq; reges reipublicæ dederit:nullū unꝙ tyrānoꝝ ab initio uſq; ī hodiernū diē uel de ſe editum miſit:uel in ſe extrinſecus incurrentem uiuum:potentemue dimiſit.

### De bello Macedonico.

INterea Macedonicū bellū Claudius ſortitus uarias gētes quæ Rhodopeiis mōtibus circūfuſæ ſunt:ac tūc Macedoniā crudeliſſime populabant̃.nā iter cætera dictu audituq; horrida:quæ ī captiuos agebāt:raptis cū poculo opus eſſet:romanoꝝ capitū oſſibus:cruētis:capillatiſq; adhuc:ac p iteriores cauernas male effoſſo cerebro oblitis:auide ac ſine horrore:tanꝙ ueris poculis utebant̃:quoꝝ cruentiſſima atq; īmaniſſima corda ſciuerāt.Has itaq; ut dixi:claudius Macedoniæ pellere finibus bello attentauit:magniſque ſe malorum molibus obiecit:unde cum hæc animo gereret curis circunſeptus morbo īſuper correptus interiit: Huius ſucceſſor Scribonius attemptatarum ſuperiore bello gentium uim declinans:in Dardaniam arma conuertit:eamque ſuperauit.

### De ſuſcepto bello orientis.

PVblius uero Seruilius ex conſule ciliciā & Pamphiliā crudeliſſime adortus dū ſubdere ſtudet:pene deleuit.Lyciā & urbes eius obſeſſas:oppreſſaſq; cæpit.præterea Olympū mōtē puagatus Phaſidē euertit. Corycū diruit.Tauri quoq; mōtis latera in ciliciā uergētia perſcrutatos Iſauros bello confractos in deditionem redegit.primuſque romanorum per Taurum duxit exercitum.ac limitem itineris fecit.Triennio emenſo:quo bellum geſtum eſt:Iſaurici nomen aſſumpſit. Coſconius proconſul ſortitus Illyricum:protrita ſubactaq; Dalmatia: Salonas urbem florentiſſimam poſt biennium tandem expugnauit & cæpit.

### Gladiatores Capuæ a ludo Gnei Lentuli diffugiſſe.

ANno ab urbe cōdita.dc.lxxix.Lucullo & Caſſio cōſulibus gladiatores.lxiiii. Capuæ a ludo Gnei Lētuli diffugerūt:q cōtinuo ducibus Criſſo & Inomao Gallis:& Sparthaco Thrace Veſuuiū mōtē occuparūt:unde erūpētes Clodii prætoris:q eos obſidione cixerat:caſtra expugnarūt.Ipſoq; ī fugā acto cūcta ī prædā uerterūt.Inde p Cōſcētiā & Metapōtū circūducti īgētia breui agmina collegerūt Nā Criſſo.x.M.multitudo.Sparthaco aūt triplex tūc numeruſ fuiſſe fert̃.Inomaus enim iā ſuperiore bello fuerat occiſus.Itaq; cū cædibus īcēdiis rapinis ſtupriſq; oia miſcerēt:ī exeqis matronæ captiuæ:quæ ſe dolore uiolati pudoris necauerat:munus gladiatoriū ex.cccc.captiuis ſcilicet:q ſpectādi fuerant:ſpectaturi:utpote laniſtæ gladiatoꝝ potius ꝙ militū pricipeſ ediderūt.Deīde cōſules Gelius & Lētuluſ aduerſus eos cū exercitu miſſi:quoꝝ Gelius Criſſū acerrime pugnātē prælio oppreſſit Lētuluſ a Sparthaco ſuperatus aufugit. Poſt etiam collatis fruſtra ambo cōſules copiis accepta graui clade fugerūt.Dehinc Gaium Caſſium procōſulem idem Sparthacus oppreſſum bello interfecit.Itaque exterrita ciuitate non minore propemodum metu:ꝙ ſub Hannibale circa portas fremente trepidauerat: ſenatus Craſſum cum legionibus conſulū nouoq; ſupplemento militum miſit:Is mox:ut fugitiuorum pugnā iniit.ſex.M.eoꝝ iterfecit.dcccc.uero cæpit.Inde prius ꝙ ipſum Sparthacum ad caput Silari fluminis caſtra metantem bello aggrederetur.Gallos auxiliatores eius:Germanoſq; ſupera-

uit:e q̄bus.xxx.milia hominũ cũ ipſis ducibus occidit.Nouiſſime uero ipſum Sparthacũ diſpoſita acie cõgreſſum:& maximas cũ eo fugitiuoꝝ copias perculit.Nam.lx.M.coꝝ cæſa.ſex milia capta referũtur.iii.M.ciuiũ Romanoꝝ recepta ſunt. Cæteri q ex hoc bello lapſi oberrabãt per complures duces frequẽti idagine attriti ſunt. At ego iteꝝ ac ſæpius repeto.Nũquid nã & hic cõparatione aliqua egẽt tẽpora? Quis rogo audire nõ horreat.nõ dicã bella talia.ſed uel nomina tãta belloꝝ externa:ciuilia:ſocialia:ciuilia:fugitiuoꝝ:quæ nec ſic ſaltẽ ſeſe ut cõmoti maris fluctus:quis molibus magnis ſequũtur:ſed undiq; diuerſis cauſis:uocabulis:formis:maliſq; excitata:coaceruataq; cõcurrũt? Vt e ꝓximo repetã:& ĩfame illud ſeruile prætereã.Iugurthinũ bellum nõdũ adhuc ab Aphrico detonuerat:& iã Cimbricũ a Circio fulminabat.De Cimbricis illis nubibus adhuc fœdi uaſtiq; torrẽtes effuſi ſanguinis agebant:& iam ſocialis belli nebulas ĩ magna cõtinuo maloꝝ nubila coituras miſera exhalabat Italia.Adhuc uero poſt ĩfinitã crebrãq; Italici belli tẽpeſtatem diſcurri tuto per Italiã minime poterat.Ita omnes abſq; illis periculoſiſſimis inimicaꝝ urbiũ uoraginibus diſſoluta ac lubrica pace titubabãt.Iã ſibi Marianũ atq; Syllanum Roma parturiebat excidiũ:& aliud e diuerſo oriens atq; aquilo hoc eſt Mithridaticum minabatur: quod quidem Mithridaticum a ſuperioribus cœptum:porro in ulteriora porrigitur. De Mariana face rogus Syllanæ cladis accenſus eſt. de iſto rogo funeſtiſſimo Syllani & ciuilis belli per plurimas terraꝝ partes ardentes ſudes ſparſi ſunt multaq; incendia ex uno fomite diffuderunt.Nam Lepidus & Scipio in Italia.Brutus ĩ Gallia.Domitius Cinnæ gener ĩ Aphrica.Carbo ĩ Coſſura & Sicilia.Perpenna in Liguria.& poſt cum Sertorio in Hiſpania:omniumque atrociſſimus Sertorius in eadem Hiſpania hæc tunc ciuilia.uel quo alio dicenda ſunt nomine bella excitantes:de uno multa :de minimo magna fecerunt abſq; illis tribus uaſtiſſimis bellis:quæ tunc externa uocabant hoc eſt Pãphilico.Macedonico atq; Dalmatico:diſſimulato etiã magno illo Mithridatico lõge oĩum diuturniſſimo:ĩfeſtiſſimo:ac formidoloſiſſimo:deĩde adhuc Hiſpaniẽſi ſertoriano nõdũ finito:imo adhuc ipſo uiuẽte ſertorio hoc fugitiuoꝝ:& ut uerius dicã gladiatoꝝ bellũ ĩhorruit:iã nõ ſpectãdũ paucis:ſed ubiq; metuẽdũ.Quod q̄a fugitiuorum bellum dicitur:nemini uile habeatur ex nomine. Sæpe in eo ſinguli & aliquando ſimul cum agminibus fruſtra iunctis ambo conſules uicti ſunt:plurimiq; nobiles trucidati:ipſi autem fugitiui pluſq̃.c.M.fuere:quæ cæſi ſunt.Ex quo admonemus:ut ipſa conſoletur ſe Italia de uexatione externorum præſentium per recordationem præteritorum.Exeatque in ſeipſam:nec putet ſe incõparabiliter crudelius dilacerari.Quamobrem huic quinto uolumini iam finem fecerim:ut bella ciuilia externis ubiq; permixta uel quæ dicta ſunt:uel etiam quæ ſequuntur:quia ſic ſibi ſerie temporum & malis ſequacibus cohæſerunt:libri ſaltem termino ſeparentur.

## Pauli Oroſii uiri doctiſſimi in ſextum hiſtoriarum librum prologus.

OMNES homines cuiuſlibet uel ſectæ uel patriæ:uel uitæ ita ſemper ad proſpectum prudentiæ naturali bono eriguntur:ut oblectamento corporis rationale mentis &ſi non actu præferant :iudicio tamen præferendum ſciant:Quæ mens ratione duce illuſtrata in medio uirtutum:quibus genuino fauore q̃uis uitiis inclinetur

aſſurgit:ſciētiā dei quaſi arcē ꝓſpicit.Deū enim qlibet hominū ad tēpus cōtēnere poteſt:neſcire ī totū nō poteſt.Vnde qdā dū ī multis diis credūt:multos īdiſcreto timore finxerūt.Sed hinc iā uel maxime cū auctoritate ueritatis operāte:tūc etiā ipſa ratione diſcutiēte diſceſſum eſt.Q uippe & philoſophi eoꝝ.ut de noſtris ſanctis ſileā:dū itēto mētis ſtudio quærūt:ſcrutāturq; oīa:unū deū auctorē oīum repperer ūt:ad quē unū oīa referunt.Vnde etiā nūc pagani quos iā declarata ueritas de cōtumacia magis q̄ de ignorātia cōuincit:cū a nobis diſcutiunt:non ſe plures deos ſequi:ſed ſub uno deo magno plures miniſtros uenerari fatent.Reſtat igit de itelligentia ueri dei p multas intelligendi ſuſpitiones confuſa diſſenſio:quia de uno deo omnium pene una opinio eſt.Hucuſq; humana ſcrutatio tametſi cum labore patuit.at ubi ratiocinatio deficit:fides ſubuenit.Niſi enim crediderimus:non intelligemus.Ab ipſo audias:ipſique deo credas:quod uerum uelis ſcire de deo.

¶ Hic dicit:quomodo deus ex nihilo fecit iperiū Romanum ideſt ex paſtoribus

